

tre. Non putatis misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendo dedit. Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere. Mithridatem Dij boni, q̄ nō dubit par ricidam. Gaudet pater, neuter ex filiis tuis parricidum fecit. Narra patrī, quomodo te di miseris. Sic dimissus nocēs est iste, sed mihi frater est iste. Naturā iūra sacra sūt, etiā apud pyratas. Dixi sicut, inquit, te nō posse, ita tu nesciebas. Non licuit, non potui, non debui.

Pars altera contra filium:

NEga hunc parricidam fuisse, quem uere scis esse pyratam. Dimisit me in patro cūsum suum, ut quia non occiderat, uidere nec ante uoluisse. Quis porro me uno miserior? Vitam parricidā debeo.

Extra controversiam.

MAgna rhetorum bonorum manus in hanc partē trāsīst, ut aliquid dici debuerit in nouercam. Fuerunt & illi, qui nō quidem palam dicere, sed per suspitionem & figurās, quod Pasienus non probabat, afferens minus tolerabile & uerecundū infamare nouercam, q̄ accusat. Quidam principia in sua potestate tantum habuerunt. Post ablati sunt in impetum. Exculpati autem est, in malū colorē incidere, q̄ transire. Hispanius duro colore usus est. Hic se tanq̄ grauius elegisse dixit suppliciū genus, qui color prudentibus disiplicuit. Quam enim habebat absolutorius spem, si nec paruit, nec pepercit.

Declaratio secunda de Popilio, qui Ciceronem interfecit.

DEmoribus fit actio. Popilium parricidiū reūm Cicerō defēdit. Absolutus est. Proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit, caput Antonio tulit. Accusatur de moribus.

Prima pars contra Popilium pro accusatore.

OCcidit Ciceronem Popilius. Iam ne creditis ab isto occisum patrem? Occisus Ciceronem debuit incipere a patre. Antonius, inquit, iussit. Non te puderet Popilius. Imperator tuus te credidit posse parricidū facere. Abficit casput, amputauit manū. Minus in illo crīmē est, quod Ciceronem occidit. Proh iam Dij boni occisum Ciceronem malos mores uoco, hoc unum feliciter, quod ante occidisti patrem, q̄ Ciceronem. Facilius Cicerō pro parricida iudicem mouit, q̄ pro se cli- entem. Ad uos hoc patroni spectat exemplum. Nullo magis odit Popilius, q̄ quibus plurimum debet. Abficit ceruices. Parce iam Popili. Nihil tibi, nisi occidendum manauit Antonius. Pudeat te Popili. Accusator tuus uiuit. Non credidisset facturum Antonius Popilium, nisi parricidiū fecisse meminisset. Dij manes Pollij senis occisi, & in ultre patris umbra, te Cicerō persequuntur. Ut quem negasti, sentias parricidam. Nō hauit Minturnensis palus exulem Marium. Cimber etiam in capto uidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum marisq̄ dominator, libenter se Hortenſi clientem profelus est. Et Hortenſius bona Pompeij, non Pompeium defenderat. Ita tu Popili si Antonius iussi set, & patrem occidisses.

Pars altera pro defensione Popilij.

SIlla tempora in crīmen uocas, dīcis non de hominīs, sed de rei publicā moribus. Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilium occidere, quo Ciceronem mori. Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere, iussit imperator, iussit uictor. Ego il linegare quicq̄ possem, cui nihil negare poterat respublika?

Extra controversiam.

POpilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorē Ciceronis, & hi quoq̄ non parricidiū reūm, & a Cicerone defensum, sed in priuato iudicio.

Declaratio tertia de ter abdicato uenenum tenente.

TEr abdicator, ter absolutus, comprehensus est in secreta domus parte a patre, medicamentum tenens. Interrogatus a patre quid eset. Venenum, inquit, & se uelle mori, & effudit. Accusat parricidiū.

Prima pars pro filio ne abdicetur.

Dic quid

Dic quid cōmiserim, certe nec secreta fallunt. Ut interuenient pater, in has cogitationes abij. Quisq̄ ne tam infelix fuit, quisq̄ ne me magis odit q̄ ego? Miserere mei ceipi. Ter cauam dixi. Accessi ad hac supplicia. Venenū bibam. Sed non hoc tū sat is est. Venenū habuit Mithridates, habuit Demosthenes.

Pars altera pro patre contra filium.

CVm se uelle mori dicat, tum uitam rogar. Teneo parricidam, & in mortem suā paratum. Quantum est quod negas, cum tātū sit quod fateris. Venenū quaestū, uenenum emisti, uenenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimiciū cum patrem. Indica quis uendiderit, dicetur illi. Tu uendebas cuiq̄ uenenum, cuius sciebas abdicationem? Cui datus erat, quaritis? Cui uenenum parauit, non bibit. Quod ergo negat, parricidū est, quod cōfitetur, ueneficium. Mihi, inquit, parauit. Non bibit. Ne quis dubitet, an aliū possit occidere. Tam inuisum tibi fuisse patrem dīco, ut occidere uoleris, tam inuisum ipse confiteris, ut moti tiolueris.

Extra controversiam.

COniectura duplex a persona, una an parauerit sibi, an patri. Liberium inīmū Diuī Julius ludis suis produxit. Deinde equestri ordini reddidit, quem cū iussisset ire sessum, omnes equites ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Multos tum in lenatum legerat Caſar, & ut exploret exhaustum ciuiū libello ordinem, & ut his qui de partibus bene meruerant, gratiam reserret. Cicero in utriq̄ locutus, mandauit Libero transeunti. Recepisti te nisi anguste fedarem, Liberius ad Ciceronem remisit. Atqui soles duabus sellis sedere. Quod Cicero male au- diebat, tanq̄ nec Pompeio certus amicus, nec Ceſari, sed utriusq̄ adulator.

Declaratio quarta de matre caca filium retinente.

LIberi parents alant, aut uinciantur. Quidam habens uxorem & filium peregre profectus, in pyratas incidit, scripsit utriḡ de redēptione. Vxor flendo caca facta est. Filium euntem ad redēptionem, alimenta poscit. Non remanente, alligare uult.

Prima pars pro matre contra filium.

NAugitatus uxori filium reliquit, nec dum caca erat. Non est, quod mulieris affectum lege astimetis, quia minatur, omnia fecit, ne filius alligetur. Quoties est cōmuni potestas duobus, eius sit tota, qui præsens est.

Pars altera pro filio contra matrem.

VNis uinculus duos alligat. Vieta mater catheinas denūciat uictori. Ad pyratas eūdum est. Filius familiæ nulli seruire possum, nisi patri. Peris alimenta ab eo, quem pater peregre mittit. Prima partes sunt patris. Secūda matris. Ille peregre est. Tu domi. Ille captiuus. Tu libera. Ille inter pyratas. Tu inter ciues. Ille alligatus. Tu soluta. At tu caca es. Infelicitior ille, qui uidit catenes suas, & cædes, & uulnera, & crucis eorum qui non redimuntur. At periculosest, inquit. Quam multi pro patribus nihil periculosest putauerunt. Non, inquit, uindictam, sed mīsericordiam quærit. Ita quisq̄ exigit pietatem, ut impedit.

Extra controversiam.

CAltius qui diu cum Cicerone, iniquissimam litem de eloquētia principatu habuit, usq̄ eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vati- nius reus. Rogo uos iudices, num si iste disertus est, ego damnandus sum?

Declaratio quinta de procuratore & priuigno.

QVidam mortua uxore ex qua priuignum habebat, duxit aliam. Sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem speciosissimum, cum sepe iurgarent nouera & priuigni, iussit a se migrare. Ille trans parietem habitationem cōduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & uxoris. Quodam tempore in cuiuslibet suo pater occisus est, inuentus, uxor uulnerata, cōmuni paries per- fōsus. Placuit propriaquis queri a filio quinqueni, qui una dormierat, quem percusso agnoscet. Ille procuratorem digito monstrauit. Et filius procuratorem accusat cādis. Ille eum parricidiū.

Liberij in Ciceronē sc̄ma
festiūlūmū

Pars altera p curatore contra priuignum.

OMNIA in contrarium peruersitas populi. Inuentus est qui patrem posset occidere, non posset nouercā. Offende illud nō vulnus, sed argumentū. Osten de vulnus percussor. Ille quā timuit ne occideret, tam leuiter vulnerauit, illa dextera, cui nec paries obstat nec pater.

Extra controuersiam.

nihil est puero teste certius. Nam ad annos eos puenit, ut intelligat, & nō ad eos, quibus singul. Vinicius uir exactissimi ingenii, nec dicere ineptias, nec ferre poterat.

Declaratio sexta de eo qui seruo filia matrimonio coniunxit.

Tyrannus permisit seruis dominas suas rapere. Profugerūt principes ciuitatis, & simul qui habebat filium & filiam, cum omnes serui dominas uitiasent. Seruus eius uirginem seruauit, occiso tyranno. Reuersi sunt principes. In cruces seruos sustulerunt. Illi manumisso filia collocauit. Reus est a filio dementia.

Prima pars pro filio contra patrem.

Haberemus solatium si has nuptias fecisset tyrannus, nō pater. Sanum putatis esse, qui imitari maluisti tyrannū, q̄ seruum? Simile se fecit tyranno. Filia rapit liber cum cruciarijs, plus pm̄fū seruo dominus, q̄ tyrannus. Quisquis has nuptias fecit, uel tyrannus, uel insanus est. Egregius gener, cui nihil est gloriösus, q̄ quod inter cruciarijs nō est. Virginitate sub patre perdidit, quam sub tyrrano seruauit. Ita ne dignus nuptijs filia, qui indignus est cruce? Melius est conditio uitiarū, quā uirginis. Illis contingit mutare nuptias. Propitijs pater ita collocauit filia suam, sicut tyrranus iratus alias, cum sanus eset pater, ne wideret has nuptias fugit. Miserrima dolor, sub tyrrano patre desyderabas, sub patre tyrrannū desyderas. Num est illi premium spectate omnipū cruces? dominā non stupravit. Auge beneficia. Nec dominū occidit, nec uenemū dedit. Non est beneficiū scelere abstinere. Alia quod in tyrrānde passæ sunt hæc in libertate. Cetera absentibus suis, hæc præsentibus. In alijs uocat stuprum, in hac matrimoniu. Timuit ille supplicium. Scuit rempublicam liberandam. Datus es te pœnas, qui contaminassent, & aduentare tempus tyrranidū ultimum uidit. Conuenite seruuli, conuenite libertini, emp̄ta cognatio.

Pars altera pro patre contra filium.

Si quis tyrrano indicasset, folus in cruce pependisset, licet cui uolo filiam colloca re. Marcus Cato coloni sui filiam duxit uxorum. Filia non mariti petulantia, non uerborum contumeliam timet, non pellicem, nō repudium. Neminem natura fecit liberum. Neminem seruum. Imposuit fortuna nomina hæc singulis, Nuper & nos serui fuimus. Seruus rex fuit.

Declaratio septima qua est de imperatore crucifixo.

Pater & filius imperiū petebant. Pralus est filius. Cōmīlo pralio captus est. Missi sunt quadraginta legati ad imperatore redimendum. Occurrit euntibus pater, dixit fero attulisse aurum, filium crucifixum esse. Illi peruererunt, quibus imperator ex cruce dixit. Cauete proditionē. Reus sit pater, pditionis.

Prima pars pro imperatore contra patrem.

Imperator supplicium tulit. Proditor precium, tristiorē istum uidiūs, cum filiū imperator pronunciatus est, quam cum captus. Quemadmodum redisti tutus senex solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri, q̄ quod posset abscondi. Nolite mirari, & imperatorem & filium uendiderat. Cauete proditionē. Iam comitij cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, si non dedissent. Cauete proditionē. Indicium fuit filij morientis breue & uerecundia. Cur dimissus es? Si nihil aliud, & ducem genuisti, & dux esse uoluisti. Candidatus processit contra patrem. Iam tunc nobis uerecunde indicauit filius, cum rempublicam tibi credere noluit. Legati nostri aurum ferebant, pater afferebat. Non immobilis diriguisti. Non & illic quasi, & ipse affixus hastisti. Quid tam cito creditis? Adhuc uiuit, & loquitur. Voce proditionē indicauit, silentio proditionē. Expecta dum mittantur legati. Optimus imperator curare rempublicam, nec in cruce quidem def̄it, ubi dixit. Cauete proditionē. Non potuit loqui

tuit loqui filius patrem proditorem. Expecta dum mittantur legati, dīcis aff̄e ciuius meus non suffinet moram. Ergo si redimere non potes uiuū, redime mortuum faltem. Nunq̄ tam durus hostis fuit, ut paternis lachrymis non fleceretur. Cauete proditionē, id est cauere, ne quis incījs cultodib⁹ exeat de ciuitate, ne quis ignorāte republika ad hostes perueniat, ne quis ex hostilib⁹ castris graui⁹ auro reuertatur. Indicio nihil deest. De proditione nobis indicat imperator, de proditore legati. Sublata quæstio. Quæreris quid dixit. Vide et cum nihil dixerit, dixit.

Pars altera pro patre contra filium.

IN comitij filio meo cessi, decretum non expectavi. Sed amens & attonitus protinus cucurri. Ad summa festinaui. Nec occurri. Sciebat hostes, paternis lachrymis sapefecti.

Extra controuersiam.

LAtro non curauit dicere nullam esse factam proditionē, sed se proditorem non esse. Suspectus est, inq̄, iudici, qui plusq̄ se defendit. Cessius polita sua oratione in qua deliberat Alexander, an Oceanum nauiget, cum exaudita uox eset, quo usq̄ inuicte. Describenti discipulo late Alexandri uictorias, gentesq̄ perdomitas addent, quousq; post ista, exclamauit, & tu quoq;.

Declaratio octava de mutatione opinionis raptore coniuncto.

Apta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet. Raptis producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit. Coniunctus est. Illa mortem petij. Raptor contradicit.

Prima pars contra raptam.

Raptare tibi nō amplius q̄ semel licuit. Proponite supplicij faciem. Hoc semel licere nimium est. In hac perturbationem perductus sum, ut ignorarem quid fecissem. Grauius punior, cum me peccasse pudet, q̄ cum peccau. Optauit nuptias. Nec adhuc sciebat, q̄ uerecundum maritum eset habitura. Raptorem dimisi. Virum occides. Minus est quod uitiauit, q̄ quod negauit. Ergo nos in iuria periculosus negauimus, q̄ fecimus. Quadam nocte, quid dicam? Nō negare iam pudet. Nox, uīnum, error, quid fraseris? puella! iam non negat. Iudex dat tabellam. Recuocare sententiam quam tulit non potest. Quæstor non mutat pronunciationem. Nihil tam ciuile, tam uile, q̄ breuem potestatem esse, quæ magna est. Si mortem optaueris, hodie facies quod nunq̄ factum est, ut utrūq; optaueris.

Pars altera pro raptā contra raptorem.

IDegit priori iudicio, ne quā omnino penam stupri penderet. Hic id egit, ut ipse optet. Utinam non liberaret illū metu, quod mouit iudices clementia sui. Est quādam proxima innocentia uerecundia, præbere se legibus. Lex non adjicit quāties optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut id ne adjicit nō amplius quā semel. Libri septimi declamationum finis.

LVCI ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM

LIBER OCTAVVS.

DECLAMATIO PRIMA de orbata, quæ sibi præciso laqueo sacrilegiū cōfessa est.

Magistratus de cōfessa sumat supplicium. Amisso quādam uiro cōdūbus liberis, laqueo se suspendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum sacrilegio facto, quareretur sacrilegus, illa dixit magistrati se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tanquā de confessa sumere supplicium. Filius contradicit.

Prima pars pro filio contra magistratum.

Faciō indicium in foro, quod domi feci. Matrem mori prohibes. Quomodo, inquit, fecisti? quo loco qua sustuleras condidisti. Harebat, nec quicq̄ sacrilegiū nisi poenam nouerat. Amisit duobus filijs, sacrilega sibi uidebatur, quod uiuebat. Non obsuturus ueni, sed seruaturus. Alij pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum ac-

Ciuite est & uile, magnā potestate esse breuem.

S 2 culator

cusator nisi in subcellis meis habet testē. Non est confessio, ubi eam accusator eruit. Ne gat rea. Tortor exprelit. Fertur quendam viro contra spem filio exprasse. Si ad mortē agit matres magnū gaudium, quid magnus dolor? Mater habes nō mediocre solacium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miseri, & beati colunt. Non fecit sacrilegiū mulier, nō fecit anus, non fecit orbata, nō fecit qua custodif, non fecit qua confitef. Ira, tis, inquit, dījs sacrilegiū potui cōmittere. Frangitur calamitosis animus, & ipsa se infelicitas clamnat, & hoc conditio humana uel pessimum habet, quod fortuna quos miseris fecit, & lugitiosos facit. Diligentius dīj coluntur irati. Quid ergo fecit? Vnde scire possum, qui matrē custodio. Ago causam legum, ne carnifice, quem sacrilegii minant, calamitatis adhibeant, deos ita coluit, ut que tam pro multis timeret. Confessio cōscientia uox est. Confessio coacti, & qua fecit agnoscens, verbum est.

Pars altera pro magistratu contra filium.

Omnium uox erat, sacrilegiū latere nō poterit. Quisquis est, nō ipse bonū ex iurum faciet, non quisq; suorum. Et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit. Concitata processit, uelut dījs ipsi plementibus. Feci inquit, Suppliciū de ea, uel nunc exigamus homines, de qua olim dīj exigere cōpererunt. Violatorū numerū maiestate compulsa est, ut mori erā uellet & deberet, & no posset. Incisus est ei laqueus. Tu putabas sacrilegam secreto mori posse. Omnia fecit, ut taceret, que ne confiteret, etiam mori uoluit. Si crimen queritis, sacrilegiū factum est. Si sacrilegiū fatetur, faci cauſam queritis, si priuū amitteret liberos, auara, si postē amiseret, irata.

Declamatio secunda de Phidias truncato manibus.

Sacrilego manus praevidit. Eīj ab atheniensibus Phidiam acceperunt, ut is lumen Olympiū faceret, pacto interposito, ut aut Phidiam, aut censu talenta redde rent. Loue perfecto Eīj Phidiam aurum rapuisse dixerunt, & manus tanq; sacrilego praeviderunt, truncatum Atheniensibus reddunt. Petunt Atheniensis centū talenta. Contradicuntur.

Prima pars pro Atheniensibus.

Tam Phidiam cōmodare non possumus. Tunc demum illa maiestas exprimi potest, cum animus opera prospexit. Manus duxit ante sibi, quā operi. Louem fecit. Sacrilegiū uos estis, qui praeviditis consecratas manus. Primum sanguinem sui artificis uidit deus. Testor louem, iam proprium Phidiae deum. Ars alios in miseria sustinet, Te fecit miserū. Paciscendum Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiam nos recepturos speratis, sine quo uos accepturi non fuistis? Cōmodatuum quī possit face re deos, receperimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet uos louem debere sacrilegio. Super eīt homo, sed artifex pergit. Poenam nobis Phidiae, non Phidiam redditis. Manus qua deos solebant facere, nunc nec homines quidem rogare posunt. Talem fecit louem, ut hoc eius opus Eīj ultimum esse uellet. Manus cōmodauimus. Manus reposicimus. Eīj testis est, Eīj accusator, Eīj iudex. Atheniensis tantum reus. Inuocando deos, & illos quos fecit Phidias, & illos quos facere potuit. Receperimus Phidiam. Cōsiteor, si possumus cōmodare.

Pars altera pro Eīj.

Habuimus aurum olim sacrum. Habuimus ebur. Sacra materia, artificem qua suiuimus. Disposueramus quidem, ut alijs templis quoq; simulachra Phidias facheret. Sed non tam necesse erat ornare deos, quam uindicare.

Declamatio tercia de iuuenie retinente diuitem uxori fratri, suspitione adulterii.

Dvorum iuuenum pater uni uxore dedit, quo peregre profecto, infamari coepit sacer in nurum. Maritus reuersus duxit ancillam uxoris, & torcit. Illa in tormentis pergit. Maritus incertus quid quererit, laqueo se suspendit. Imperat aliter filio pater, ut eandem ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio contra patrem.

Dvc, inquit, fratri uxorem, Si hoc fieri potest. Adulterium frater inuenit. Hec est mihi causa abdicationis, qua fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratri uxorem.

Tentari

Tentari me si qua est fides credidi. Mulier si nubere lugenti potes, facis, ut omnia de te cōdantur. Cogor eā ducere, qua mihi cauſa abdicationis est, populo rumoris, uiro mortis. Legi iam uxorem, qua, si peregrinatio cōciderit, mecum peregrinari uelit, qua si uiro aliquid acciderit, alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suū spicatum de me.

Pars altera pro patre contra filium.

Obiecisti mihi ultimum nefas, & quod q; tantū est suspicatus, noluit uiuere. Im pulsu tuo frater torcit ancillam, & quia nihil reperit, falsas suspitiones morte piauit.

HDeclamatio quarta de homicida insepulto. Omcida insepultus abiicitur. Quidam se occidit. Petitur ut insepultus abiicitur. Contradicuntur.

Prima pars pro homicida sepeliendo.

Aferrare sibi coactus est manus assiduis malis. Summam in felicitatum suarū ita hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelissime adolescent, cū te & sepultura prohiberi uideo. Defino mirari quod perijsti. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequantur. Facilius miserum quā scelerat fortuna uincit. Sumpstī hoc ferrum Cato, & q; inuidiolum, quod Catonē occideris. Non perdideras sepulturā, nisi in morte reperires. Quid est miserius in uita, q; uelle mori. Quid in morte, q; sepeliri nō posse. Quis miretur eum mori uoluisse, quem fugientem quoq; fortuna persequitur? Omnisbus natura sepulturam dedit. Naupragorum idem flūctus qui expulit. Suffixorum corpora crucibus, in sepulturam suam deflūunt. Eos qui uiuūrūt pœna funerat. Irascere interfectori, sed miserere interfectori. Homicida, inquit, est qui se occidit. Huic irascere. Pro quo irascere? Nō aliud Scauola Mutio cognome dedit, q; quod a Porfenna libertatem, manus sua uictione, defedit, nec aliud q; uilitas sui. Non aliud Codrus cateris imperatoribus dedit exemplum, q; quod positis imperatoris insignibus, ad mortem currit. Nec illo maior fuit dux, q; quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo, ut gloriolum sit, sed ut tutum sit mori. Non magis crudelis sunt, qui uolentes uiuere occidunt, q; qui mori uolentes non sinunt. Curtius deiçiendo se in precipitem lacum, fatū sepultura miscuit. Celebretur Cato, huic miferrimo, quod aliquid non ignave de spiritu suo statuit, tantum impune sit. Etiam uulnera infelis scru tantur in crimen. Aestimare an uiuere licuerit, cui nec mori quidem licuit.

Pars altera contra homicidam sepeliendum.

Facinus indignum, si inueniantur manus quae sepeliant eum, quem occiderunt suū. Sumpstī gladium. Vide ardentes oculos. In quem nescio. Scelus cogitat. Nescio cuius criminis sibi conscius configuit ad mortem. Cuius inter scelerā etiā hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inuentum est, ut aliquid post mortem timerent. Nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere.

Declamatio quinta de patre repente filium quem prius expulerat.

Bdīcauit filium quidam. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro prāmio ad patrem redditum. Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit ad se filij redditum. Filius contradicit.

Prima pars contra filium.

Ego fortior sum, post tuam pugnam pugnauimus, post meam uictimū. Reuerte re, dignam domum te feci, isti oculi meti sunt. Ista manus mea sunt. Ista contumacia mea est. Si mereor prāmio, patri date. Si non mereor, isti suū redditū. Ego, inquit, eadem lege prāmio non accepi. Hoc est unde abdicatus es. Cū putas nihil inter te & patrem interesset, post similia opera, si tantum commilito es, me patrem adoptare debueras. Admoneo te iuuenis. Hoc prāmio qui reculauerat, petit. Timco, inquit, ne me iterum abdices. Commisurum me putas, ut iterum rogem. Bello grauiore pugnai, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortis esse non potuerūt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit. Ego uici meos. Tu fecisti bellū. Ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum, sui senex fortis. Vtriq; nostrū prāmio redi dite:

Natura omni bus sepulcrum administrat;

dite. Milita us senex, Milita ui exanguis, Milita ui qui iam uicarium dederam. Vt que nostrum cum rogatur, fastidit, cum relinquitur, roga. Quid nos suspicari cogis, quod non uis in paternam domum uenire? Turpe erat uirum fortem, nisi a patre coacto, non recipi.

Pars altera pro filio contra patrem.

Quid me captiuum ex libero cupis? Quid ignominia subijs uirum fortem? Quid effici, ut possis abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus est premio, si tuus sum?

Declamatio sexta de filia pauperis post pa-
sum naufragium a diuite uicta.

Vitata uittatoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Diues pauperē de nuptijs filiae interpellauit tertio. Ter pauper negauit. Profectus cū filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptijs filiae. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pau- per educere pueram ad magistratus. Diues contradicit.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Educatur ad magistratus puer, quid times? Certe uxor tua est. Queri nec de morte poteris, si hanc puerā maluerit. Nemo unquam raptor serius perijt. Ut littus agnouī naufragis in altū nataui. Quid times, si exorasti? Accesit ad me primum, filiam tuam ducere uolo, inquit. Non fleui, Tunc enim licuit negare. Nuptias filiae, tanquam naufragium meum fleui. Naufragis plus de littore queror. Inter naufragium & nuptias, nec una quidem nox interfuit. Diferat nuptias, dum flere so- cer sinat. Putauit me iam filiam commissile sibi hic, cum nec dum se comittat uxori. La- chrymis inter uerba manantibus uenio, talis & in nuptijs filiae fui. Si rapta es, cur optio nem reculas? Si uxor es, cur times? Loquor, ubi primum licet, procul a conspectu reliqueram patriam, nondum tamen possessionem diuitis praterier. Subito fluctibus in- horruit mare, ac discordes in pernitenti nostram fluere uenti. Demissa est nox celo, & tantum fulminibus dies redditur. Inter terram & celum dubii peperdimus. Adhuc tamen bene iudices nauigauimus. Naufragium maius restat in littore. Erat in summis montibus ardua diuitis spelunca. Illic iste naufragiorum reliquias computabat, illi ue- fical infelix, & quantum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptijs filiae, cum ad huc pulsaret aures meas fluctus. Feci quod debui, & captus & naufragis. Inimico stu- prum lachrymis negauit. Delicatus diues. Qui etiam inter naufragia amare potest, ma- trimonij celebratrem remoti angulo ruris abscondit. Ibi fecit nuptias, quo nemo nisi naufragus uenit. Lachryma est indicium inoptatae rei. Lachrymae pignora sunt nolen- tum, & repugnat animi iustus index. Nemo unquam quod cupit deflet. Lachrymae coacti doloris inter praecordia & intolerabilis silentij eruptio. Sicut ille qui super cine- rem deflet patrimonium, odit incendium. Sic qui naufragium deflet, maria detestatur. Fletus humanarum necessitatium ueracula exercitatio est. Tu & uinc sunt partes puel- la. Discedo. Et quod prius feci, taceo. Si nupta es, habes, quod optes, si uicta, quod im- peres.

Pars altera pro diuite contra pauperem.

Naufragium duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium & affini- tas. Alterum praefiti, Alterum & rogati. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis sepius rogati, quod festinantis, nō distul. Quid hic rapto- ris est, nisi quod indotatam duxit? Errat sacer, qui putat mihi carorem futura pueram, si me potuerit occidere. Quid mihi supereft? preces meæ quas toties adhibui, an istius lachrymae quas mouit? Nihil mihi inimicus obiecere potest præter matrimonium. Magnus est amor qui ex misericordia uenit. Fundebamus lachrymas, ex pœnitentia diffidit prioris. Nec plura, aut me proloqui, aut istum respondere passa sunt mentes gaudentis occupata. Nulla integritas tantum, etiam sibi explorata, confidit, ut cauam ue- lit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis amputaturus es si non interrogaueris, legem.

legem. Si genero uitam daturus esset, etiam innocetiam reliquisset. Quaritis quid dum fleret, faceret? Non negauit, & solebat negare. Si nollet, mortem optaturus est. Non em potest eas partes legis desiderare, quas non habet.

Libri octavi Declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM

LIBER NONVS.

DECLAMATIO PRIMA. De Cimone a Galia redempto.

ADULTERIUM cum adultera qui deprehenderit, dum utrumq; corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Milciades peculator damnatus, in carcere alligatus, decepit. Cimon filius eius, ut eum sepeliret, uicarium se pro patris corpore dedit. Galias sordide diues natus, redemit eum a Re publica, & pecuniam soluit, eiq; filiam collocavit. Ille deprehensam in ad- ultero, deprecante patre, occidit uxorem. Ingrati reus est.

Prima pars pro Cimone.

Adulterium mihi carcer est. Ferrum mihi a lege traditum, ad vindictam pudi- citia proieciam. Perdidisti pecuniam Galiam, si soluisti tales manus. Non potest generosus animus contumeliam pati. Hoc interest, inter fortunam patris & fi- lii. Illius calamitatum exitus fuit carcer, mearū initium. Vnius Milciadis cen- sus inuentus est. Cimon filius ademptus. Cimon redemptoris infelicitas est. Reddam beneficium, cum tam honestum defyderaueris, quā dedisti. Ego adulteros dimittam: Quid aliud facerem, si adhuc alligatus manus haberet. Quid tu pœnam putas pro Mil- ciade alligari? Magnum uterq; beneficium, dum damus, recipimus. Ego, quod Milci- adem redemi, tu quod Cimonem. Turpissimum duxi ab eodem dimitti, & adulteros & Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem defino. Ita mihi ueros ha- bere liberos contingat, quod quantum sit Milciades expertus est. Dignum erat Galiam talem genuisse, qualem redemit. Dic nunc eximi te ego carcere, cui respondeam. Ego me carcere tradi. Nunquam fiet, ut melius actum putem, quod Galia redemp- tus sum, quam quod pro Milciade alligatus. Ego me a te redemptum putabam. Emi- sti me filia tua. Galia filiam duxi. Hanc tibi pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. Non possum ob id damnari, quod lege factum est. Beneficium est, quod totum eius causa præstat, in quem confertur. Vbi aliquis ex eo quid sperat, aut impetrat, non be- neficium sed consilium est. Summo te decore liberaui initius. Redemisti me, & tu non rogantem, Huic uirginī. Omnes & quicunque uictias filias uel clauserunt, ueloci- ciderunt.

Pars altera pro Galia.

Duo beneficia dedi, & redemi, & egenti filiam collocaui. Obijcio tibi, quod uxorem passus adulterorum fieri, quod non custodisti, quod moratus es, dum superueniret pater, spectator sua calamitatis. Ego non expectaueram, donec rogarer. Moleste ferabas socerum dīci Galiam. Mores puella non tantū pal- sus es in uitia labi, sed ipse impulsisti, nactus occasionem non obmisisti.

Extra controversiam.

Hic color, & Galtoni, & Latroni, & Montano placuit. Ut nihil in Galiam dice- retur contumeliose, in redemptorem, in socerum infelicem! Multas questio- nes rhetorici & poeta romani a græcis dictas non surripuit, sed & puocau- runt. Thucydidis sententia est. Salustius. Res secunda mira sunt initis ob- tentui, cum sit principia in Thucydide uirtus breuitas. Hac eum Salustius uicit, & suis

^t Haec usq; in finem nō erat in exemplari & uident alij, unde hoc nō lara. ^t græca defit

cū claustris cecidit. Nam in sententia græca breui quæ saluo sensu detrahias deme. Constatibit etiam si non æque tam integer. At ex Salustio sententia, nil demū sine detrimento sensus potest. Titus etiam Liuius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc sententiam uituperaret, tanquam translatam & corruptam, dum transferetur obijceret. Salustio, nec amore Thucydidis facit, ut illum præferat, sed laudat quem nō timet, & facilius putat a se posse se Salustum uincit, si ante a Thucydide uincatur.

Declaratio secunda de Flaminio prætore qui occidit damnatum ad rogatum meretricis.

MAiestatis laesa sit actio. Flaminius prætor romanus in coena a meretrice rogatus, quæ aiebat nunquā se uidiſſe hominem decollari. Vnum ex damnatis occidit. Accusatur laesa maiestatis.

Prima pars contra Flaminium.

Quicq[ue] luxuriam, histrionicam, iocos, amicos, in coniuvio nihil aliud quam occiditis. Vni fortasse osculo donauit, homicidū. Cœnaturi cartifaces manus abluunt. Non inquiro totum annum. Vna nocte contentus sum. Facilius est ut qui multa meretrici dedit, homicidium neget, quā ut qui homicidium derit, quicq[ue] negaret. Seruum si uerberari uoluisse, extra coniuvium abduxisse. Contactam sanguine humano mensam, strictas in trichino securas, quis credat ista cōcupisse meretricem, uel fecisse populi romani prætorem? Virga premuntur, & ante mensam deosq[ue], crudelitatis uictima trucidatur. Me miserum terore romani imperii lusisti. Legē potius quæ scorto cadat. Exurgite Bruti, Oratii, Decii, & cetera imperii decora. Vestris facibus, securibus uestrīs, iam puella iocantur obscenā, in eo quod sub prætextu publica maiestatis agitur. Quicquid peccatur, magistris? actione, uindicandū est. Percussus ad prætorem lictor resipicit. Prætor ad meretricem.

Pars altera pro Flaminio.

Silegatus mādata afferit falsa, sic audiuntur tanqua illa populū romanū dederit. Imperator fœdus percusit, uidetur populū percussisse romanū, & federe continetur. Nunc nec quicquā uiribus populi detracitum est, nec opinioni. At ex testimoniis ceteros. Et ante hunc alij fuerunt, pro quibus aëstimari possunt. Nemo ascribit urbibus uita singulorū. Obijciunt, quod damnatus periret meretrici, & postulant prætorem perire damnato. Libido omnis intra meretricem est, crudelitas intra carnem. Multa populū romanū in suis imperatoribus tulit. In Mallio impotentiam, a quo & filius & uictor occisus est. In Sylla crudelitatem. In Lucullo luxuriam. In multis auariciam. Non putauit ad rem p̄tinere, ubi aut quādo periret, qui perire deberet. Occisus est. Quis damnatus. Vbi in prætorio, quo tempore? Est enim tempus quo noxius perire non debeat.

Extra controversiam.

Quadā Po. Ro. in imperatoribus tota erat. Extra controversia sunt in quibus factum defendi potest, excusari nō potest. Non speramus ut Flaminium iudex probet, sed ut dimittat. Itaq[ue] sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, sed potius non scelerato. Titus Liuius de oratoribus qui uerba antiqua sordida consequuntur, & orationis obscuritatem, securitatem putant, tamen in his etiam si minus est insanitia, minus sp̄ci est, illi qui timent, & abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus & corporis. Semper ad sanitatem proclivius est, quod potest detractione curari, illi si curi non potest, qui simul & insanit & deficit. Minidius dixit Tetraculo, seruebat forū cubiculo. Prætor meretrici, carcer coniuvio, dies nocti. Nouissima sine sensu dicta est, ut exploreret circuitus. Quem enī sensum habet, seruebat dies nocti. Hanc ideo sententia retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententijs, curamus ut numerus conflet, non curamus ut sensus. Omnia autem corruptarū sententiārū exempla de industria pono, quia facilius & quid imitandū, & quid uitandū sit, docemur exemplo.

Declaratio tertia de patre repetente duos expositos.

Per uim metūq[ue] gesta, nō sint rata. Facta conuentaque legibus, rata sint. Expositos qui cognoverint solitis alimentis recipient. Quidam duos expositos fūstulit, & educauit,

& educauit, quarenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterū ex illis dedisset. Pactum interpositum est, reddit illi duos, repetit unum.

Prima pars pro patre repetente duos expositos.

CVm alienis diuidim̄ liberos, quos non diuidim̄ cum matribus. Vtrūq[ue] genui. Vtrūq[ue] defyderai, pro utroq[ue] pactus sum. Vna sunt natī. Vna expōsiti. Vna educati, redditū distracti hūntur. Distraxit illos fortuna aliquando a parentibus, nunquam ab ip̄sis. Duos exposui. Quia alterū eligere non poteram. In auctionem fratres productos hostilis hafta non diuidit. Plus quidē est geminos esse quam fratres. Perdit uterq[ue] gratiā suā, nīl cū altero est. Ignoscam retinenti meos, cum ip̄s non concupiscam alienos. Agnitionē diuidet, quos iunxit expōsiti. Omnia pro filio pacifcor, præter filium. Pactus sum flens, tremens, tanq[ue] exponerē. Mihi tunc uis & necessitas erat. Non enim poteram inuenire filios, nīl alterū promisisem.

Pars altera pro petente ultimum expōsitorum.

VTrūq[ue] potest ex hoc iudicio pater dimittere, liberis hic carere cōsuevit. Ego & cum unū accepero, necesse est torquear. Duo bus assuevi. Vim uocas, quæ patrē fecit? Ego fūstuli. Ego educavi. Ego reddidi. Iste electurus est. In ista ui duos filios perdi. Lex, arma, & uincula, & ultimū periculum complectit.

Extra controversiam.

IN Sabinum Clodium una die, & grāce, & latīna declamantem, multa urbane dīcta sunt. Dixit Catherius quibusdam quarentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res diceret. Nunquam mercedes magnas accipere eos qui breuia pneumata docent. Meccenas dixit. Cassius Seuerus ab auditore eius rediens, interrogatus quomodo respexit. Respondit male uicit.

Declaratio quarta de patre caſo a filio.

Quā patrem pulsauerit, manus ei præcidentur. Tyrannus patrem cum duob[us] filijs in arcem accersit. Imperauit adulescentibus, ut patrem caderent. Ex his alter præcipitauit se, alter cæcidit patrem. Post in amicitiam tyranni receptus est. Occiso tyranū premiū accepit. At reus fit caſu patrī. Petuntur manus. Pater defendit.

Prima pars patris filium defendantis.

Felicior esset si plures reos defendere. Præcidentis tyranicida manus. Quid est hoc? integer tyranus iacet. Tam necesse fuit patrem caderet, quam templū spoliare, uirgines rapere. O quantū debemus iſtis manibus, p̄ quas iam nihil necesse est. Tales fuerunt, ut ex his posset tyranū alter contemnere, alter occidere. Præcipitasti te fili. Hoc non est patrī parcere, sed tibi. Dura fili, in tyranū tibi p̄ patrem eundum est, utrum ex filijs meis probatis? Alter se occidit. Alter tyranū. Sulperas leuite admouebat manus. Filius simulabat iſcus, pater gemitus. Necesitas magna humana imbecillitatis patrociniū. Hoc excusat Saguntinos, quamvis non caceriderint patres, sed occiderint. Sed nec iste occidisset. Ille me fratri reliquerat, hic tyranus. In legē, inquit, nihil excipitur. Sed licet multa non excipiātur, intelliguntur. Et scriptum legis angustū, & interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniā patrem pulsauerit? Cum illi non supplicio, sed remedio opus sit, ne puriſſatur inſans, si pulsauerit patrem. Hic qui cogente tyranū fecit, ipso fuit miserius uapulante. Non est impudica, quæ accersita est a tyranō. Non est sacrilegus sacerdos, qui deo & immortalium dona suis manibus pertulit ad tyranū. Patre iubente fecit, nec cæcidit ipse, sed paruit. Vltio caſi patrī, nullius est, nīl patrī. Si a qualibet alieno caſus essem, & iniuriati agere nollem, nomine meo ageret. Nunc nihil interest. Pœna maior est eius qui cæcidit, ius idem eius qui cælus est.

Pars altera contra filium qui patrem cæciderat.

TAmdui cæcidit patrē, donec placere tyranō. Satelles, inqt, pro Rep. feci. Idē imputas & Reip. & tyranō. Habuisti qd̄ iactares tyranō. Frater maluit mori. Periſſ, ne parricidium faceret, aut uideret. Caſus, inqt, pœna remitto. Mirarer, nīl, p̄ tam bono patre fūsset, q̄ mori uellet. Pater, inqt, uoluit, sed frater noluit. Ita tu non

Neceſſitas
omnē legem
frangit.

Ita tu non tantum tyranno, sed etiam patri dignus uisus es parricidio. Cæcidisti patrem,
cum & legem nosles, & fratrem.

Extra controversiam.

Ab Appio p^r consule, cum quo in Cretam Sabinus uenerat, in theatro graci postulare cœperant. ut Sabinus maximum magistratus gereret. Mos autem est barbam & capillos magistratus Cretensum submittere. Surrexit Sabinus, & silentio manu facto, hunc magistratum, inquit, ego Romæ bis gesit. Bis enim reus causam dixerat, graci nō intellexerunt, sed interpretati petebant, ut illum honorem Sabinus tertio gereret. Idem etiam cum reus roget, ut in latomias transferreretur. Nec nunc, inquit, quenq^{ue} nostrum decipiat nomen latomiae, illa animo meo lauta res est, locabatur in milieris, ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse qui nescit potuisse quis credit.

Declamatio quinta de nepote rapto ab aucto.

De ui fit actio. Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubijs signis cruditatis & ueneni. Tertiū filium aius maternus rapuit, qui ad usus negoates agros nō fuerat admissus. Quærenti patri, p^r praconē dixit apud se esse. Accusat de ui.

Prima pars pro aucto qui rapuit nepotem.

Habui filia, q^uis unus filius sumperit fecunda, apud me nutrita. Sine. Quid times, ne no admittas cū ueneris? Non queris filios, quos p^didisti, quē nō p^didisti queris. Pater a me unū repetit, ego duos a patre. Plus habeo qd auo, q^uod reo, timendū sit. Veni ad agrotates nepotes. Admissus nō sum. Hac uera uis fuit, illa uis est, qua arma, pugnam, uulnera nō habet. Describe istius comitatu, tumultus unus, & unus sonus est. Rapuisti, inquit, filium meū, immo nepotem meū suū stoli, immo uenientē nō potui excludere, si quis obcessam latronibus armata manu coniugem, liberosc^r rapuisti. Beneficiū erit meum. Et medici alligant, & corporib^r nostris ui medentur. Non potest agere tecum tanq^{ue} cum alieno. Habet sua iura natura. Et hoc inter patrem & aum interest, quod quo seruare suos licet, patrem & occidere. Quā est ista tam fera pietas, tam præpostera? Quærere tuos a tertio incipis. Quisquis puer fauit, ne inueniretur optauit.

Pars altera pro patre contra aum.

Non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxorem ueneficij, me ueneficae mancipauit. Cum fecero mihi, iudices, ne uiua quidem uxore, persona coiueniat, mortua uero, inimicum profensus est. Languente pueru cum uociferatione & conuictu auspicans quid accidit, uenit, qui ad sanos nepotes nunquā ante uenisset. Non admisi, & tunc enim uenire rapturum.

Extra controversiam.

Habet hoc Montanus uitium. Sententias suas repetendo corrumpit. Dum nō est contentus unā rem semel benedicere, efficit, ne benedixerit. Propter hoc solebat Montananus Scaurus inter oratores Ouidium uocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene gesit, relinquere. Cū Polyxena esset adducta tumulo Achilleis immolanda. Hecuba dixit. Cinis ipse sepulti In genus hoc pugnat. Poterat esse contentus. Adiecit tumulo quoq^{ue} senferat hostem. Neq^{ue} hoc contentus adiecit Aeacidae secunda fuit. Aiebat Scaurus non minus magnam uirtutem esse, scire desinere, quam sci^rre dicere.

Declamatio sexta de matre uenefica filiam accusante.

Venefica torqueatur, donec consciens indicet. Quidam mortua uxore, ex qua habebat filium, duxit aliam, & ex ea filiam luſtulit. Venefici damnata, dum torqueretur dixit consciens puellam. Petitur duci ad supplicium puella. Pater defendit eam.

Prima pars pro filia ne sit rea ueneficij.

Non p^desset tibi puella, quod amauit te pater, nisi mater odisset. Nefanda mulier, etiā filia nouerca. Ne mori quidē potuit, nūl & occideret. In gladiatoriis quoque conditio dura uictoris est, cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersariū

Ouidius no/
rat, qui nescie
bat definire
cum quid di-
ceret.

gis aduersariorum timeas, quam qui uiuiscare non potest, occidere potest. Concitatissima est rabies in desperatione. Sorte ultima in furorem animus impellitur. Quædam fera ipsa tela inuadunt, & in mortis auctorē per uulnera ruunt. Gladiator quem armatus fuderat, nudus sequit, & præcipitati nō quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit, quod naturali deplorat mentis affectu. Morientibus grauissimum est cōmorū. Omendacium simile ueneficio, dum nouerca meminit, matris oblitia est. Pero ne quia filium vindicau, filiam perdam, quod nūl succurrīt, nouerca uincit. Ego uictus sum. Ne inter supplicia quidē definit occidere. Proficit apud uos puella, quod pater eam laudat, prost quod mater accusat. Conscia, inquit, est filia. Ego torqueri coepi, nouerca torquere. Habiui filium talem, ut illum amare posset nouerca, nūl in eam incidisset, quæ odiisse etiam filiam posset. Seruus furti tortus, Catonem consciūm dixit. Vtrum plus tormentis creditis, an Catoni, quod nouerca tam sero, puella tam cito. In hoc ueneficij poenas dabant, ut accusatoris exigere.

Pars altera contra filiam quā sit rea ueneficij.

QVarundam ferarum catuli cum rabie nascitur. Venena radicibus statim pestifera sunt. Quid illa quā fratrem in moram sequentis patris sparsit, habem⁹ exemplum quod & sorori cōueniat, & uirginis. Nouerca in hoc priuigno de- dit uenenum, ut filia sola hæres esset. Ideo adhibuit, & consciā.

Libri noni Declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM

LIBER DECIMVS.

GOOD ultra mihi molesti sitis, nō est. Interrogate, si qua uultis. Sinite me ab istis fucuenibus studijs ad feneclutum meā reuerti. Fatebor uobis, iam res est tediō. In primo libenter assilui, uelut optimam uitæ meæ partem re ducturus, deinde fam pudet, tanquā diu non seriam rem agam, scholasti- ca studia leuiter tacta delectant. Contrectata & propriis admota, fastidio sunt. Sinite ergo semel exhaustire memoriam meā, & admicante uel actum iureuando, quod affirmem dixisse me qua scīui, quæq^{ue} audiui, quæq^{ue} ad hanc rem per tinere, iudicauit. Pertinere autē ad rem non puto, quomodo Lucius Magius gener titulum declamauerit, quāuis aliquo tempore suum populū habuit, cum illum, homines nō in ipsius honorē laudarent, sed in foci ferrent. Quomodo Lasperna aut Quintilianus declamauerit, transeos istos quorū fama cum ipsi extincta est. De Scauro si me interro gatis, cum illum meū audieritis, iniqui estis. Non noui quenq^{ue}, cuius ingenio, P. R., per tinacius ignoverit, dicebat sepe cauam in ipsi subcellijs, sepe domi dicebat, deinde litiganti similior quā agenti. Cupiebat euocare aliquam uocem aduersariorū, & in altercatione uires suas nouerat, nihil erat illo uenustius, genus dicendi antiquum, uerborum quoq^{ue} non vulgarium grauitas, ipse uultus habitus corporis, mire ad autoritatem orato ri aptatus. Sed ex hijs omnibus scire posses non quantū oratorem præstaret Scaurus, sed quantum defererer, pleriq^{ue} actiones male. In omnibus tamen aliquod magni negle ctioq^{ue} ingenij ueluti gremium exstabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortuna imputarem, sed illum longa immo perpetua desideria eo perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit, deinde combustæ sunt, bene cum illo ignis egerat. Sed ex tant libelli, qui cum fama eius lucet, multoq^{ue} solutiōes ipsiis actionibus. Illos enim cum destituerit calor, adiuuat, hac calorū minus habent, negligenter non minus, declama tem audiūmus. Nouisse quidem Lepido, inquit, difficillimum erat ubi displacebat. De Labone interrogatus, declamauit non quidem populo, sed egregie, non admittebat populum, & quia nondum hac consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac fruolæ actionis. Faciebat enim censorium supercilium, cum aliis animo eset magnus orator, eluctatus ad famam ingenij, confitentibus magnis hominibus perue net, quia uolentibus summa egestas erat, summa infamia, summum odium. Magna au tem debet eset eloquentia, quæ inuitis placeat, cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor

Alt. tōmor-
dent.

Scauti habi-
tū indeclamā
do describit.

*

dat, fauor alat, quantā uim esse oportet, quae inter obstantia erumpant. Nemo erat quis cum hominī omnia obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis antiqua, uigor nouæ. Cultus inter nostrū ac prius sacerdolum mediū, ut illum posset utraq; pars sibi ueni dicare. Libertas tanta, ut libertatis nomen excederet, ut quia passim ordines hominēs lanabat, itagaret animus per uitia ingens, & ad similitudinē ingenij sui violenter, & qui pompeianos spiritus nōndum in tanta pace posuisset. In hoc primum excogitata est nova poena. Effectum est enim per inimicos, ut omnes eius libri incenderent. Res noua & insueta supplicia de studijs sumi, Bono herculæ supplicio. Ita in poenā ingeniofa crux delitas post Ciceronem inuenita est. Quid enim futurum fuit, si triumviri libros, si ingenium Ciceronis p̄scriberent? Sunt dīj immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientiū regeserunt, ut iustissima patientiā aice, quod quisq; alieno excogitauit supplicio, sepe excipiat suo. Quae uos dementissimi homines tanta uecordia agitat? pars uidelicet in poenas nota crudelitatis est. Conquirite in uosipso noua, quibus perennis est, si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriac nominis inuenit, quemadmodum pducatur eandem rem corporis, mala facere studijs subderet, & in monumenta disciplinarū animaduertiret, quanta & quā non contenta certa scuūtia materia est. Dīj melius, quod eo saeculo ista ingeniorū supplicia cooperunt, quo & ingenia disserunt. Eius qui hanc in scripta Labieni lententia dixerat, postea uiuentis adhuc scripta combusta sunt. iam non malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo uoluit, sed in monumenta se maiorum suorum ferri iussit, atq; ita includi ueritus, ne ignis qui nomine suo subiectus erat, corpori negaretur, non finiuit tantum se ipse, sed etiam fehe uit. Memini aliquādo cum recitaret historiā, magnā partem illorum libroꝝ cōoluisse, & dixisse, haec quæ transeō post mortem meam legentur. Quanta illis libertas fuit, quā etiam Labienus extimuit. Cālīj Seueri hominis Labieno iunctissimi belle dicta res se rebatur, illo in tempore quo libri Labieni ex. S. C. urebantur, nunc me, inquit, uiuum urū oportet, qui illos edidi. Monstrabo uobis bellū libellum, quē a Galieno uestro petas. Recitauit rescriptū Labieni pro Battilo Mecenate, in quo suppet adulescentis animo, illos dentes ad mordendum protocant. Puto iam mihi, quod interrogetis, restat. Mula rhetor quē interdum soletis audire, sicut melaneus contrahat fronte. Multum habuit ingenij, minus cordis. Omnia usq; ad ultimū tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam eset. Quis enim ferret hominē de sifonibus dicetem, coelo rei pleuerūt de sifonibus, odoratos hymbres. Et in cultum uirilium, calcatas syllas, & in pictura, nemora surgentia. Aut illud quod de subitis mortibus eum dicentem cum uos me illo pduxeritis. Quicquid auium uolitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurreat, nostris sepeſi uentribus. Quare non, cur subito moriamur? mortibus uitiumus. Non ergo & si iam manumislus erat, debuit de corio eius nobis latifieri. Nō sint ex ius dicibus leuerissimis, nec ad exactam regulam redigant, multa donanda ingenij puto, sed donanda uita nō portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt, nō subtrahantur nō plura uideantur, uos subiectati. Oscus non in cōmode dixit, sed sibi nocuit. Nam nihil sine schemate dicere cupit. Oratio eius non figurata erat, sed prava. Itaq; non inurbane paratus rhetor, cum illi Massilia mane occurrit, schemate illum salutauit. Poteram quidē dicere aue Osci. Ipse ab eloquētia multū aberat, natus ad cōtumelias omnīū ingenij inuendas. Nulli nō impreslit aliq; quod effugere non posset, ille Paſſenna prima eius syllaba in grecum mutata obscenū nomē imposuit, declamatori subili & arido, ille Sparto dixit scolam cōmūnem cum rhetore quodam habenti, tu potes cōtroversiam intelligere, qui nō intelligis te laterem lauare. Spartus autem dicebat ualenter, sed dure. Ad imitationē Latronis addixerat, non tamen unquā similis illi erat, nisi cum eadē diceret, utebā suis uerbis, Latronis sententijs. Cum Basio certamen illi fuit, quē uos quoq; audistis, homine diserto, cui demptam uelim quam consectabā amaritudinem, & simulationē actionis oratoria. Nihil indecentius, quā ubi scholasticus quod nō nouit imitatur. Amabam itaq; Capitonē, cuius declamatio est de Popilio, haec quā misero Latroni subiectiunt, bona fide scholasticus erat. In his declamationib⁹ ubiq; illi bene

Lento nimi
rū gradu ad
uindictā fui
Dīj pcedunt

*

Ait. Mel
meus.

Alt̄ seponit⁹

Ait. meo

Alt̄ iussus.

bene cesserant, nulli non post primū Tethracolū preferendū, primū Tethracolum, quorum faciā querit, Latronis, Fulci, Cæſti, Albuti, Gallionis. Hi quoties cōfluxissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma, reliquos ut uobis uidetur compōsite. Ego uobis omniū feci potestatē, hos min⁹ nobiles sinite in partē abire, Paternū, Moiderat, Fabiū, & si quis est nec clarū nominis, nec ignoti. Dum ius ad satietatē uestrā me p̄fūtiterim, p̄mitte me mihi & aliquos ex sinu proferre, quibus que minūs ad famam puenerint, nō ingenii defuit, sed loc⁹. Bene declamauit Caius Silo, cui Caesar Augustus, cū frequenter causas agentē in Tracineni Colonia uidisser, plenū testimoniu reddidit. dixit enim, nunq; audiū patrefamilia disertoriē. Erat qui patrefamilia p̄ferret orato, subducere patre etiam eloquentia, putabat eloquentia, abscondere. Solebat declamare studiose Terrinus Clodius, cuius filius fatero uobis amore conjunctus est. Adolescēs summa eloquentia futurus, n̄s mallet exercere quantū habet, quā consequi quantū sequi poset. Sed Terrinus Clodius multū uiribus demiserat, dum Appoldorū sequitur, ad summā legē dicendi se amputat. Tantū tamē illi supuit uirū, quantū ualeret, etiā siars abesset. Sententias dicebat excitatas, insidias aliquid potentes, nung; de colore Latroni controverſiā fecit. Latro nunq; solebat disputare in cōuiuio, aut aliquo que declamare poterat tempore. Dicebat quodī esse colores, prima facie duros & asperos, eos nō posse actione approbari. Negabat itaq; ulli placere posse, n̄s totū nosset se, suas uires, & illarū fiducia alijs metuenda & prarupta adire, multa se nō persuadere iudici, sed auferre. Turrinus contra nihil probare, n̄s tutum, non quia imbecillis erat, sed quia circūspexit causa. Nemo diligenter proposuit, nemo respondit paratius, & pecunia itaq; & dignitate, quam primū in prouincia Hispania habuit, eloquentia debuit. Natus quidē erat patre splendidissimo. Auo diu Iulij hospite. Sed ciuilī bello attenuatas domus nobilis uires excitauit, & ita ad summam perduxit dignitatē, ut si quid illi defuit, scias loco defuisse. Inde filius quoq; eius, i. meus, nunq; em illum a uobis distinxī, haber in dicendo paternam diligenter, quā uires ingenij sui ex industria retundit, hoc & in ipso uita genere sequi, ad summa euasurus iuuenis n̄s modicis cōtentus eset, & ideo dignus est, cuius tam modestis cupiditatibus fortuna p̄stet fidē. Horum omnia nō me animo maiore, sed certo posuisse iudicio scitis, cū lententias eorū retulerō, aut pares notissimorū auctō sententijs, aut p̄ferendas.

De filio pauperis occisi, & diuīte inimico.
Niūtarum sit actio. Quidā cum haberet filium, & diuītem inimicū, occisi & spoliatus inuentus est. Adolescēs sordidatus sequi diuītem cepit. Diues eduxit eū in ius, & postulauit, ut si qd suscipiat, argueret. Adolescēs ait, Acculabo, cū potero. Diues petēs honores repulsius est. Accusat iniūtarū pauperis filium, Contradicit.

Prima pars pro filio pauperis.

C Ratias diuīti, q; quos odit, iam reos facere contentus est. Non ambulabis, inquit, eadē uia. Non calcabis ueltigia mea. Non offeres delicatū oculis sordidam uelē. Non flebis, me inuito, non tacebis. Perieramus, si hic magistratus eset. Quod sordidatus fūt, lugentis est, q; fleui, pietatis, q; non accusui, timoris, q; repulsius est, uestrū est. Honores patre meo uiuo nūq; petiuit. Vitū meum sequat. Taceo. Vtīna hoc uītū habuisset & pater, quando uobis nō sordidati sumus. Accula, inquit, pauper diuītem. Ambulare mihi arbitrio meo nō licet. Accula, inquit, reperage, gora. Quis accusare sic locupletē potest? Cur, inquit, me sequeris? Aliud ergo pauperes iter, aliud diuītes habent. Quisquis pcuslor fuit, quasi diuīes spolia contemplat. Mortuus patre meo, metus eum, ne quis leādi p̄t. Si dixerō occīsum, Sordidatus, inquit, fles. Quid aliud facere possum occisi pauperis filius? Quid accusati fecissem, qui p̄se quītū faciēt? Quare, inquit, sequeris me? Vt aliquid miserearis mei, ut definas afflīctam domū ḡsequi. Eum accusatore habeo, qui se nō esse reū mirat. Cur, inqt nō agis? quia adeo nō metuis, ut cogas. Sordidatus sum. Quod re licet, lugenti nō licet? An ne lugebo quidē quem uindicare nō possum? Non erat in illo præda, quā crassifator appetet. Erat summa uirtus, cōtumax aduersus inūtarū fastidium innocentia. Hac ab inimico petita sunt spolia. Quis cædem machinatus est? Scire non possum, quod dissimulati non potest. Scio, quis optauerit, & tu diuīes inimicū es, & ille uī spoliatus inuētus. Nō est cur acculem, sed est cur suscipere.

Alt̄ loque
tem.

T Pars al-

Pars altera pro diuite inimico.

VT scias te inuidiam mili facere, cum dixissem, accusa me, Non negasti, sed respondisti, accusabo cum potero.

Declaratio secunda de patre uicto a filio uictore.

Iro fortí premiū. Si plures erūt, iudicio contendāt. Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit a filio, ut sibi cederet, ille noluit. Iudicio contenderunt. Vicit patrem, petit premio statuas patri. Abdicatur, Contradicit.

Prima pars pro filio uictore.

Vem optem nescio iudicij huius eventum, cum crimen meum sit uicisse. Patria iudicium habeo, patris perdiū, patre in acie uidi, pugnauī cū exēplo. Iudicium uocā, quo pater & filius spolia cōtulimus. Vici nō filius patre, sed iuuenis senē. Ego uici, sed oēs gratulati sunt patri. Cogitauī Oratium Hætrulicas

acies corpore suo submouentē. Cogitauī Decium, qui nec ipsi patri cestis. Pugnauī nō tantum imperatori, sed etiam patri. Auidus sum gloria. Hoc si uitū est, paternum est. Pudeat pater, si te uictus filius abdicādus. Ego premiū habeo, tu & premium, & uirum fortem. Virtutes nostra silentio præteriscent, illustrata sunt, dum cōferunt. Indicauerunt non quod erat, sed quod te malle credebant. Honor ad utrūq; peruenit. Alter premium habet, alter percepit.

Pars altera pro patre uicto.

Nolo habitare cum aduersario meo. Non capit idem contubernium, uictum & uirum fortem. Status, inquit, tibi posui, immo ne possem unq; me uictum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

Declaratio tercia de filia, qua se suspendit, ut patri satifaceret.

Ementia fit actio. Bello ciuilis uirum quedam secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem, & fratrem. Vicitis partibus suis, & occiso marito, uenit ad patrem, a quo non recepta, ait patri. Quēadmodū uis tibi satifaciāt? Ille respondit, Morere. Suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater a filio dementia.

Prima pars protinus patrem accusans.

Sic tibi satificeri uelle nec debuisti. Nam sic libi satificeri, nec uictor quidem uoluit. Nullum fuit in proscrip̄tione mulieris caput. Inqnaſti filiā sanguine penates, qua q̄uid loquor penates, tanq; in domo perierit. Allatum ad se Pompeij caput Cæsar fleuit, & nec ille propter filiā fleuit. Quemadmodū uis satifaciāt tibi? Hoc ipso satifecisse puella debuerat, adeo & in maritum, & in patrē pia. Ut alterum uictus ad mortem secura sit, & alteri morte satificerit. Periculose offendit patrem, qui nescit ignoroscere. Morere, quid alius meruerat, si satifacere noluissest. Defendisti Ligarium Cicero. Quā leue iudicasti crimen, de quo confessus es. Ante ipsum domus limen extincta est, ne dubitari posset marito perisset, an patri. Meruerat inquit. Accusat etiam nūc! Et certe iā tibi satifaciāt est. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est. Morere inquit. Etiam quibus animaduertere in dānatōs necesse est, non dicunt occide, nō morere, sed age lege. Crudelitatem imperij, uerbo mitiore subducunt.

Pars altera patrem defendens.

Mores tuos patri debes approbare, non patris regere. Multa potes iam demetia signa colligere, non potes patrem propter uerba damnare. Animaduertit Manlius in filium, & uictorem quidem. Animaduertit Brutus in liberos, non factios hostes, sed futuros. Videas an sub istis exemplis patri fortius liceat tam loqui. Cōtumaciter rogauit, quemadmodū & perij. Nihil agnoui filiā, nihil uicta. Non milit ad patrē fratre, an etiam nunc iralicitur fratrī? Cur me solum rogar? cum duobus satifacere debeat. Uictor inq; cito exoratus est. Facilius est ignoroscere bello, q̄ parvicio, lam morte patris quæsluit inuidiam. Perisse propter patrem dicitur mulier, que uirum habuit, propter quem mori possit.

Declaratio quarta de eo q̄ debilitabat expositos, & eos pariter educabat.

Eipublica laſa fit actio. Quidā expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, ut sibi mercedem referrent. Accusatur laſa reipublica.

Prima

Prima pars contra debilitatem expositos.

Factum est, ne liberos patres aut agnoscant, aut recipiant. Vetricalis ista crudelitas, eo magis, quod præ ceteris omnes præter istum misericordes sumus. Effet, & dum est, ut nihil esset miseriū expositus, q̄ tolli parentibus, q̄ agnoscere. Alterius cōminutas scapulas in deformē tuber extundit. Produc familiam tuam. Volo nosse illam humanarum calamitatū officinam. Sua cuiq; calamitas tanq; ars affigunt. Intruēmini illi erutos oculos, illi effractos pedes. Quid horreficit, si iste misereſ? nouum monstrum, integer alitū, & debiles alunt. Perisſent, inquit, interroga pueros, Vtrum maluerint. Quātū ex his uiri fortes, quanti ty rannicidae, quanti futuri iacerdotes? Nūc incredibilia loquor. Ex hac fortuna origo Romana gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati, q̄ expensum misericordia refert. Expositos aluerunt. Et iam fera fatis futura mites, si præterisſent, quorum cum ubiq; audiātur preces, in sua tantum caufa cefſant. Abſcisla est illis lingua, & est rogandi genus, roga re non posse. Misereſini omnīū iudices, quorum singulorum miseriū soletis. Iſtis nos uindictam negatuos putas, quibus tie id quidē negauimus, quod tibi daturi erant. Res indignissima, cum tam crudelis sit, misericordiam publicauit. Exurgite miseri, & hodie uobis premium rogate. Tibi, inquit, quotidiana captura non conſtat. Apparet te nō fatis miserū uideti. Occurrunt nuptijs dira omnia. Fatis publicis auspicia ferālia. Et diebus in hilaritatem dicatis, iſtī ſemianimes greges oberrant. Alunt iſtū, qui ſe alere non poſſunt. Non eſt qui rogarē nesciat. Solet autem dicere, Nō habes tot membra, quod debes. Ergo tu cum de publica misericordia cogitas, tam crudelis eſſe potuſti. Mileros q̄ ſicrogant, miseriōres qui ſic rogantur. Omnes omnibus ſtipem conferunt, dum quisq; titimet, ne filio neget. Eſſecisti ut maius eſſet malum educari, q̄ exponi. Timet fera atq; ſerpentes, & inimicus teneris artibus rigor, inopia quoq; Inter expositorum pericula non numerabamus eductorem.

Prima pars de debilitate expositos.

Debilitati inquit. Plus illi patres nocuerūt. Quid uidetur lanista? qui iuuenes cogit ad gladium, & tamen non acculacit larva reipublica. Quid leno, qui ſtuprum pati cogit inuitas? nec rempublicam laſit. Ego reum non laudari desidero, ſed abfolui. Noceat hoc illi, cum petet honores. Potest etiā aliquis & nō eſſe homo honestus, & eſſe innocens reus. Ut illis multum ablatum sit, uita redditā eſt. Reipublica laſa non potest agi eorum nomine, qui extra rempublicam ſunt. Egens homo, & qui ne me alere quidem, nedum alios poſſum, ſuſtuli relíctos, quibus non iniuria fieret, ſi aliquid detraheret, ſed beneficio cederet, ſi uita ſeruaretur. Faciant inuidiam, dicant illos per me miſere uiuere, dum fateantur per me uiuere. Vnius misericordia uiunt, & omnīū aluntur. Mirum eſt uacare homines huic cogitationi, ut current quid homo mendicis inter mendicos agat. Civitatis iſtū principes diuitias ſuas exercent contra naturam, excitorum greges habent, exoletos ſuos ut ad longiorē patientiam impudicitia idonei ſint, amputant, & quia ipſos pudet uiros eſſe, id agūt, ut q̄ pauci uiri ſint. His nemo ſuccurrit, delicatas & formolis debilitibus. Curatis quis ex ſolitudine infantes auferat, perituros niſi auferat, non curatis quod ſolitudines ſunt beati ingeniorum ergaſtulis excolunt, & miseriōrum iuuenum ſimplicitate deceptos, ſpeciosissimum quē q̄, ac maxime idoneum caſtris illidunt, & detrudunt.

Declaratio quinta de Parrhasio pictore torquenti Olynthium.

Republica laſa fit actio. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios uēderet, emi unum ſenem. Duxit Athenas, deinde torſit. Ad exemplum torti, Prometheus pinxit. Olynthius in tormentis perij, ille in te plo Mineruæ tabulam poſuit. Accusatur laſa reipublica.

Prima pars contra Parrhasium.

Senex ſi abſci liberis ſuper exuſta patræ cinerem ſteriſſet ad figurandum Prometheus, ſatis triflī eſſet. Nemo ut naufragium pingere, merſit hominem. Ultima precatio Olynthij fuit. Redde me Philippo. Seruus, inquit, meus fuīt. Putes Philippum loqui, Ideo templa Mineruæ fugimus tanq; caſtra Macedonum. Parum, inquit, tri-

Ita Italicu
rū eſt pestis
non medio
cris.

inquit, tristis est. Vix Parrhasius tristem uidere. Dux illum ad Olynthum faciente. Scis certe quod tristem emeris. Olynthus urbem aperiuimus, tanta praeclusimus. Nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emisissent, torqueatur hic, nec sub Philippo moria tur. Hic nec sub loue, si iste hospitalis Olynthio fuit. Hoc est Prometheus facere, non pia gere. Emi, inquit, immo si Atheniensis es, redemisti. In isto templo pro Olynthiis uota fulcepimus. Ille carnifex Graciam, istum tamen non amplius quod uendidit. Senex longa misericordia tibi confectus, & tam tristis, quod iam tortus eset. Quemcumque prece uidetur ibi flentem, agnoscerebat emptorem. Vereor ne quis cum audierit Olynthiis uerbera, tormenta, ignes, me queri de Philippo putet. Si isti creditis, iratum loue imitatus es. Si non bis, uicit iratum Philippum. Tam patiendum est pingentem Parrhasium, quod iratum louem. Miserrime senex, aliquis forte ex Ieru tuis felicius seruit. Si ad succurrentem pfectus es, queror, quod unum ex his emisti. Si ad torquendum, queror, quod illum statuit ex altera parte. Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus. Dubius est inter ista Parrhasius, studiosius pingat, an sauvat. Producitur respiciens patriam senex. Placuit Parrhasius uultus in felix. Habuit autem aliquid Olynthius Promethei simile, & ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum, officina. Hoc pictoris, an Philippi est?

Pars altera pro Parthasio.

Nunc unius malo publica fama corruptitur. Solidior est opinio Atheniensium, quod ut labefactari tormentis capti possit. Læsi sunt, inquit, rempublicam, qui hæc periculum in templo posuerint. Lædunt rempublicam, qui aliquid illi auferunt, non qui aliquid adhuc iunt. Peccauerunt ergo recipiendo tabulam, & sacerdotes. Cur autem non recipiuntur deorum crimina in templo pietatis sunt. Multum semper artibus sunt, Medici ut uim in ægroti morbi cognoscant, uisceris hominum resciderunt.

Declamatio sexta de fure, qui fodit parietem diuitem.

In iuriarum sit auctor. Fur concione prohibeatur. Quidam cum diuitem accusatus proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinium in quo miserae erant ab hostibus litera, sustulit. Damnum est diues. Cum concionari uellet accusator, a magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum.

Prima pars pro fure.

Ipsius sustulit quod fur reliquist. Nil magis fur timuit, quod ne dominus furtum agnoscere uellet. Ruentis ciuitatis statum, unius parietis ruina suspendit. Profiteor indicium furti, ciuitas conscientia est. Furtum est quod timet dominus agnoscere, quod qui perdidit, supplicium tulit, premiu qui surripit. Cui magis promissiles loqui, si eodem tempore, & fur uenisset, & dominus. Mille nauium duces farto Troiam coepisti. Si bene farto evertuntur urbes, quanto melius liberantur. In forum ueni, narrauit nocturnam expeditionem meam. Conuenerant omnes tanquam ad concionem. Cur me submores ante actionem, cum nec proditores inauditi perceant? O furtum in concione narrandum, proditoris uigilantissimum pectus, & in exitia nostra semper sollicitum. Publica fata soperant. Ita etiam ministros eius alligauerat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi uidebar hostium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur rempublicam cogitat. Nihil non licet pro republica facere.

Pars altera pro magistratu.

Quale id spectaculum fuit, composuerat inter se fortuna reipublica furem, & proditorem, ut uideat inutile furtum suum prodidit, ut nobis uenderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori posset imponere. Consilium uideri uult infeliciter furti sui. Lex quæ nocturnum furem occidi uobet, quo modo uobet, non de damnato tantum, sed de fure loquitur. Odit hoc uitium, nec sumerito non multum abest a proditore. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publica felicitas obiecit. Vno tempore & proditorem nobis ostendit, & furem, qui diuitem compilare mallet, quod damnare. Effregit domum manu suspensa. Eluxit illum tunc non primu fecisse. Sustulit, non quod voluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor, malo inuentus.

Libri decimi & ultimi declamationum finis.

Lucij Annei

LVCII ANNEI SENECAE ORATORIS ET RHETORIS
SENTENTIAE, DIVISIONES, COLORES,
SVASORIARVM LIBER PRIMVS.



In ut cuiusque rei magnitudinem natura dederat, dedisset & modum nihil infinitum nisi Oceanus. AVITVS. Fertiles in Oceano iaceant terrae, ultraque Oceanum rursus alia littora, aliud nasci orbem, neculus, quod naturam rerum desinere, sed temper inde, ubi desissit uidea, non uam exurgere. Facile ista franguntur, quia Oceanus nauigari non potest. Satis sit haec tenus uicisse Alexandro, qua mundo lugere fas est. Intra has terras coelum Hercules meruit. Stat immotum mare, & quasi deficientis suo fine natura pigna moles, noua ac terribilis figura, magna etiam Oceano portenta, qua profunda ista uastitas nutrit, confusa lux alta caligine & interceptus tenebris dies, ipsum uero grata & defixum mare, & aut nulla aut ignota sydera. Ita est Alexander, rerum natura post omnia Oceanus, post Oceanum nihil. ARGENTARIUS. Resiste, orbis te tuus reuocat, uicimus qua licet, nihil tantum est quod ego Alexandri pericolo petam. POMPEIVS SYLO. Venit ille dies Alexander exoptatus, quo tibi opera est adesse, iudee sunt termini & regni tui & mundi. OSCVS. Tempus est Alexandrum cum orbe & cum sole desinere, quod noueram uici, nunc concupisco quod nescio. Quia tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum posito genu adorarentur. Qui tam horridi montes, quorum non iuga uictor miles calcauerit. Ultra Liberi patris trophya constitutimus, non quarumvis orbem, sed amittimus. Immenseum & humana intentatum experientiae pelagus, totius orbis uinculum terrarumque custodiæ, inagitata remissio, uastitas, littora modo saeiente fluctu inquieta, modo fugientे deserta, terra caligo remittere fluctus, nescio quid humanis natura subduxit oculis, & terrâ nox obtutus. MVS A. Foeda beluarum magnitudo, & immobile profundus testantur Alexander, nihil ultra esse quod uincas, reuertere. ALBVTIVS SYLV S. Terra quoque suum fine habet, & ipsius mundi aliq[ue] occasus est, nihil infinitum est, modum magnitudini facere debes, cu[m] fortuna non facit, magni pectoris est inter secunda moderatio. Eude fortuna uictoria tua, quæ natura sine facit. Imperium tuu cludit Oceanus. O quatum magnitudo tua resu quoque naturam supergesla est, Alexander orbis angustus est, aliquis etiam magnitudini modus est. Non procedit ultra spacia sua coelum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid ad summum peruenit, incremento non reliquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum nouimus, quam ultra Oceanum. MARILLIVS. Maria se quimus, terras cui tradimus, orbem quæ non noui quo, quæ uici relinquimus. FABIANVS. Quæ ista toto pelago insula caligo nauigantem ubi uidetur admistere, que propiciemus quoque excludit. Non haec India nec terribilis ferarum ille conuentus, immunes, popone beluas, aspice quibus procellis fluctibusq[ue] lauias, quas ad littora undas agat, tantus ventorum concursus, tanta conuulsus funditus maris inflatio est, nulla praesens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum, nudis & imperfecta natura penitus recepsit. Ita maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circumedit Oceanum. Illi qui iam syderum collegerunt metas, & annuas hyemis atque aestatis uices, ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars innotata mundi est, de Oceanu[m] tamen dubitant, utrum ne terras uel uinculum circumfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiramenta quadam magnitudinis excedunt, ignem post se, cuius argumentum ipse sit, habeat, an spiritum. Quid agitis comilitones: regem domitoremque generis humani magnum Alexandrum eo dimittitis, quod adhuc quid sit disputatur. Memento Alexander, matrem in orbe uicto adhuc magis est capto relinquimus. DIVISIO. Aiebat Cæstius hoc genus suaforiarum altera declamandum esse quam suadendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam esse sententiam, quo apud reges quibus etiam quæ proslunt, ita tamen ut delectent, suadenda sunt. Et inter re ges ipsos

T 3 ges ipsos

Alexander
Calisthenē
occidit, pro
pter incep-
tus sales

Festiu[m] An-
tonij facta,
cu[m] p[ro] d[omi]n[u]s
nomine ab
Atheniensis
bus extor-
sit mille ta-
lenta.

ges ipsos esse discrīmen, quosdam magis aut minus rerum usum habere. Veritatem facti Alexandrum exisse, quosdam superbissimos, & supra mortalis animi uim elatos cernimus. Deniq[ue] ut alia dimittantur argumenta, ipsa sua foria insolentiam eius coarguit, orbis illum suus non caput, itaq[ue] nihil dicendum aiebat, nisi cum summa ueneratione regis, ne accideret idem quod preceptorius eius Calistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam cum se deū uellet uideri, & uulneratus esset, uiso languine philosophus mirari se dixerat, quod non esset.

Ille se ab hac urbanitate lancea uindicauit. Eleganter in C. Celsij epistola quadam ad M. Ciceronem misa positum, multum iocabatur de stultitia Cn. Pompej adolescentis, qui in Hispania cōtraxit exercitum, & ad M undā uictus est. Deinde ait, nos quidem illum deridemus, sed timeo ne nos ille gladio vntūlūtūs es. In omnibus regibus hac urbanitas extimescenda est. Aiebat itaq[ue] apud Alexandru[m], descendam esse sententiam, ut multa adulatio[n]e animus eius permulceretur. Seruandū tamen aliquem modum, ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Atheniēsibus, cum publica eorum blanditia non tantum deprehensae, sed & castigatae sunt. Nam cum Antonius uellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statu[m] subscrībi, habitu quoq[ue] & comitatu[m] Liberum imitaretur, occurserunt uenienti ei Atheniēs cum coniugib[us] & liberis & diuīvōp[er] salutauerunt. Bene illis cesserat, si Nafus Atticus sibi substitueret, dixerūt despondere ipsos in matrimonium illi Mineruam Musam suam, & rogauerunt ut duce ret, & Antonius ait ducturum, sed dotis nomine impare se illis mille taleta. Tum ex Græculis quidam ait,

Quae quidem impune fuit, sed Atheniēs tūm sponſalia mille talentis astimata sunt, quae cum exigenterunt, complures contumeliosi libelli proponebantur, quidam etiā ipsi Antonio tradebantur, sicut ille qui subscriptus statua eius fuit, cum & eodem tempore Octaviā uxorem haberet, & Cleopatram, hoc tu erita restituas, tibi habe. Bellissimam tamen rem Deilius dixit, quem Meflala Coriutus desertorem bellorum ciuilium vocat, quia ab Dolobellā ad Cæsium transiit salutem ei pactus est, si Dolobellam occidet, & a Cæsio deinde transiit ad Antonium. Nouissime ab Antonio trāffugit ad Cæsarem, hic est Deilius, cuius epistola lasciua ad Cleopatram feruntur. Cum Athēnēses tempus p̄tererent ad pecuniam deferendam nec exorarent, Deilius ait, & tamen dicitō illos tibi annum biennij, triennij dīem debere. Longius me fabellarunt dulcedo produxit. Itaq[ue] ad propositorum reuertar. Aiebat Caſtius magnis cum laudibus Alexandro hac sua foria esse dicendam, quam sic diuīſit, ut primum diceret, etiā si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse, satis gloria qualitatum, regenda esse & disponenda, qua in transiit uicissit. Consulendum militi totius orbis uictorijs lasso, de matre illi cogitandū, & alias cauſas compluris subiecit. Deinde illam quæſitionem subiecit, ne nauigari quidē Oceanum posse. FABIANVS philosophus primam fecit quæſitionem eandem, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse. At ratione aliam primam fecit, modum imponendum esse rebus secundis, hic dixit sententiam. Illa demum magna est felicitas, qua arbitrio suo consilisit. Dixit deinde locum de variorate fortuna, & cum descripsisset nihil stable esse, omnia fluitare, & incertis motibus modo attollī, modo deprimit, absorberi terras, & mari siccari, montes subsidere. Deinde exempla rerum e fastigio suo deuolutarum adiecit. Sine potius rerum naturam ita fortunam tuam deficere. Secundam quoq[ue] quæſitionem aliter tractauit. Diuīſit enim illam sic, ut primum negaret uillas in Oceano, aut trans Oceanum esse terras habitabiles, deinde si essent, perueniri tandem ad illas non posse. Hic difficultatem ignoti maris, naturam non patientem nauigationis, nouissime ut poslit perueniri, tanti tamen non esse. Hic dixit incerta peti, certa deſeri, deſcritas gentes, si Alexandrum natura terminū enotauissent. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum transiit esset. LYCONIS celebris sententia est, Hoc omnes imitari uoluerunt. PLVTION dixit, ARTEMON dixit,

APATVRIVS dixit,

Sic Caſtius descripsisset, fremit Oceanus quasi indi- gnetur, quod terras relinquit. Corruptissimam rem omniū, quæ unq[ue] dicta sunt, ex quo homines diserti insanire coepérunt, putabant. DORIONIS. Esse in Metaphysici dictum Homeris, Tum excætus Cyclops faxū in mare reiecit. Hac quomodo ex corruptis eo pueriant, ut & magna & tamē ſana ſint, aiebat MECOENA S. Apud Vergiliū intelligi posse, tumidum eſt

Vergilius quidem ait, Rapit haud partem exiguam montis, ita magnitudiniſ ſe dat. Sed ut non impudenter diſcedat a fide, eſt inflatum.

Vergilius quidem ait, quia de naubus, credas innare reuulſas Cycladas, nō dicit hoc fieri, led uideri, proprieſ auribus accipitur, quip[us] incredibile eſt quod excusat[ur], anteq[ue] di-

citur. Multo corrūptiore ſententiam Ministrati cuſuſdam declamatoris, nō abieciſ ſu-

is temporibus nauctus ſum in hac ſuaforia, cum deſcriberet beluarum in Oceano naſcen-

tium magnitudinem. Effici hæc ſententia ut ignoscamus ei, qui dixit ipſi Charybdi & Scyllæ maius portetum, Charybdis ipſius mari naufragium uideri, & ne in mare ſemel inlaniret, quid ibi poteſt eſe ſaluum, ubi ipſum mare perit? DAMASCICVS indu-

xit matrem loquenter, cum deſcriberet prioribus periculis noua ſuperueniſſe. BAR-

BARVS dixit, cum introductiſ ſet excufantem ſe exercitum Macedonum hūc ſenſum.

FVSCVS ARELLIVS dixit, Teſtor ante orbem tuū deſeffe, q[uod] milite. LATRO

ſedens hanc dixit, nō excufauit militem, ſed dixit, Dum ſequor, quiſ mihi promittit ho-

stem, quiſ terram, quiſ diem, quiſ mare? Da ubi caſtra ponam, ubi ſigna ponam. Reliq-

parentes, reliqui liberos, cōmeatū peto, non quid immature ab Oceano. LATINI de-

clamatores in Oceani deſcriptionem non minus uiguerunt, nam aut nimis deſcriperunt aut curioſe. Nemo illorum potuit tanto ſpiritu dicere, quanto Pedro, qui nauigante Geri-

manico dixit, *

Iampridem poſt terga diem ſolemq[ue] relicturn.

Iampridem notis extortis finibus orbis,

Per non conſelas audaces ire tenebras,

Hesperij moetas, extremaq[ue] littora mundi.

Nunc illum pigris immania monſtra ſub undis;

Qui ferat oceanum, qui ſauas undiq[ue] Pſtris

Aequoreoſq[ue] canes ratibus conſurgere panſis.

Accumulat fragor ipſe metus, iam fydere limo

Nauigia & rapido deſertam fulmine classem

Seq[ue] feris credunt per inertia ſata marinis

Tam non felici lañiandoſ forte relinqui.

Atq[ue] aliquis prora ſe dat ſublimis ab alta,

Aera pugnaci luciſtus rumpere niſu.

Vt niſil crepto ualuit dinoscere mundo,

Obſtruſto talis effundit peſtore uoces.

Quo ferimur, ruit ipſe dies, orbemq[ue] relīctum

Vltima perpetui claudit natura tenebris.

An ne alio poſitas ſub cardine gentes.

Atq[ue] alium libris intactum quarimus orbem.

Dij reuocant, rerumq[ue] uerant cognoscere finem

Mortalis oculos, aliena quid aquora remis

Et facras uolamus aquas. Diuumq[ue] quietas

Turbamus ſedes.

Ex Gracis deſclamatoribus nulli melius haec ſuaforia proceſſit, q[uod] Glōconi. Sed nō minus multa magnificē dixit q[uod] corrupte. Vtriusq[ue] uobis faciam potestatem. Et uolebam uixi perit non ad ſcīendo ſudicium meum, nec separando a corruptis ſana, potuſſet etenim fieri, ut uos illa magis laudaretis, quæ infantū, & nihilominus potest fieri, q[uip]uis diſtinxe

T 4 rim, illa bel-

* rim. Illa belle dixit, sed fecit quod solebat, ut sententiam adiectione supuacua quoad tumide pderet. Adiccit em̄ illud, quosdā iudices dubios sui habet, ego non dubito contra sententiam ferre.

Finis primæ suaforia.

Initium secundæ suaforia.

TRecenti Lacones contra Xerxē missi, cum Troezeni ex omni Gracia missi fu-
gissent, deliberant an et ipsi fugiant. ARELLII FVSCI PATRIS. At puto
to rudi lecta atas & animus, qui frangere metu infuso, armisq; passuræ ma-
nus, hebetataq; senio, aut uulnibus corpora, quid dicat potissimum Gracia.
an Lacedæmonios an Aelæos: an repeatet tot acies patrum? tot excidia urbium? tot ui-
ctarum gentium spolia? & nunc prohi dolor concidunt, si remeabimus, templo, pudet cō-
filij nostri, pudet etiam si non fugimus deliberasse talia. At cum tot milibus Xerxes ue-
nit o Lacedæmonij aduersus Barbaros, nō reucremî opa uestra, non auos, non patres,
quorū nos exemplum moueat? Ab infantia surgit inuenit, pudet Lacedæmonios sic ad
hortari, scilicet tuti sumus, licet totum classis orientem trahat, licet metuentibus explicet
inutilem numerum. Hoc mare quod tantū ex usso patet, urgeat in minimo, insidiosis exi-
cipitur angustis, uixq; minimo aditus nauigio est, huius quoq; remigii arct inquietu-
tione quod circufluit mare, fallacia cursus, uada altioribus stagnis internata, aspera sco-
pulis & cæca, que navigantium uota decipiunt. Pudet inquam Lacedæmonios & arma-
tos querare, quemadmodū ruti sint. Nō referat Persarū spolia, certe sup spolia nudus ca-
da. Sciat & alios nos habere Troezenos, qui sic nō fugiant, & sic cadant, hunc lumen anni
mū, nescio an uincere possimus, uincit nō possumus. Hæc non utiq; peritius referto, sed si
cadendū est, erratis, si metuendum, creditis mortē. Nulli natura in aeternū spiritū dedit,
statutaq; nascentibus in finē uitæ dies est. Imbecilla em̄ nos materia deus orsus est, quip
pe minimis succidunt corpora, inde nunciata sorte rapimur, sub eodem pueritia fato est
eadē iuuentus causa cadit, optamus quoq; plarieat morte, adeo in securā quiete recessus
est. At glorie nullus finis est, proximiq; deo. Sic ages ea satagunt, scemini quoq; freques
hinc in morte pro gloria iter est, quid Lycurgus? quid interitos somniu poculo, quos me
memoria sacravit referat? Vt unū Otroyaden Melcite, annumerare trecentis exēplo pos-
sum. TRIARII. Non pudet Lacones nec pugna quidem hostium, sed fabula uincit, mas-
gnū & alumnū uirtutis nasci Lacone, ad certā uictoriā oēs remansisse, ad certā mor-
tem tantū Lacones, nō est sic Sparta lapidibus circuflata. Ibi muros habet, ubi muros nō
habet. Melius reuocabilius Troezenos q̄ sequemur. Sed montis pforat, maria cōtegit,
nuncq; solido stetit superba felicitas, & ingentium imperiorum magna fastigia obliuio-
ne fragilitatis humanae collapsa sunt. Scias licet ad finem peruenisse, qua ad inuidiā pene
sta sunt, maria terrasq; rerum natura statione mutauit sua. Moriamur trecenti, ut hic pri-
mum inuenerit, quod mutare non possit. Tandem amens placitum consilii erat, cur nō po-
tius in turba fugimus? PORTII LATRONIS. In hoc scilicet morati sumus, ut agmē
fugientiū cogeremus, furori terga uertitis, sciamus saltē quis sit iste, quem fugimus, uicit.
At uictoria dedecus elici potest, ut oia fortiter fiant, feliciter cadant, multū tamē nomini
nostrō detracitū est iam Lacones, quod, an fugeremus, deliberauimus. Vt em̄ nō moria-
mur quantū ad me quidē p̄tinet, post hanc deliberationē nihil aliud timeo, q̄ ne reuer-
tamur, arma nobis fabulae excutient, nuncnū pugnemus, latuisset uirtus inter Troeze-
nos, ceteri quidē fugerunt. Si me quidē interrogatis quid sentiā, ego in nostrū & in Gra-
cia patrocinii loquar, elecī sumus, non relieti. HALI SABINI. Turpe est cuiuslibet uiro
fugisse, Laconi etiā deliberasse. MARILLI. In hoc restitimus, ne in turba fugientiū late-
remus, habent quemadmodū se excusat Troezeni Græcæ, munitas Thermopylas fatis
putauimus, cū relinqueremus illic Lacones. CAESTRII PLL. Quam turpe fugere iudica-
stis Lacones, tadiū nō fugiendo. Oibus sua decora sunt, Athenæ eloquentia inducta sūt,
Thebae sacrifici, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas annis circufluit, qui pueritū indurat ad
futura militiæ patientiā, ideo Taygeti montes, difficilia nisu Laconibus iuga, ideo Her-
cule gloriāmur oīgib; coelum meritū, ideo muri nostri arma sūt, o grāue maios, uirtutis
dedecus,

Omnia nata
occidit, &
cuic; rei cer-
tus est ita/
tus termi-
nus.

Quae ad in-
uidiā usq; p-
ueniunt, fa-
cile cadunt.

Athenæ elo-
quentia, The-
bae sacrifici,
Sparta ar-
ma idylæ.

dedecus, Lacones se numerant, non astimant. Videamus quanta turba sit, ut habeat cer-
te Sparta etiam si non fortis milites, at nuncios ueros, ita non bello quidem, sed nuncio
uincitur, merito Hercules omnia contempti, quem Lacones audire non sustinent. Si
uincere Xerxem non licet, uidere liceat. Volo scire quem fugiam, Adhuc non sum ex ul-
la parte Atheniensium similis, non muris, nec educatione, nihil prius illorum imitabor
q̄ fugam. POMPEII SYLONIS Xerxes multos secum adducit, Thermopyla pa-
cos recipiunt, erimus inter hostes fugacissimi, iater fugaces tardissimi, nihil refert, quan-
tas gentes in nostro orbem oriens effuderit, quantumq; nationum secum Xerxes tra-
hat, tot ad nos pertinent, quot locus cooperit. CORNELII HISPANI Pro Sparta ue-
nimus, pro Gracia stemus, uincamus hostes, socios iam uicimus, sciat iste insolens Barba-
rus, nihil esse difficulter, q̄ Laconis armati latus fodere. Ego uero quod Troezeni discessi
runq; gaudeo, liberas nobis reliquere Thermopylas. Nil erit quod uirtutis nostra se oppo-
nat, quod inscrat, non latebit in turba Laco, quicunq; Xerxes aspicerit, Spartanum ui-
debit. BLANDI Referam præcepta matrum aut in his, aut cum his, minus turpe est a
bello inermem reuerti, q̄ armatum fugere. Referam captiuorum uerba, captus Laco,
occide inquit, non seruo, non potui capi, si fugere uoluisse. Describite terrores Per-
silicos, omnia ista cum mitteremur, audiuiimus. Videat trecentos Xerxes, & sciat, quanti
bellū astimandum sit, quanto aptus numero locus, reuertamur, ne nūciū quidem nisi no-
uisissimi, q̄s fugerit, si. Vos mihi Sparta cōmilitōes dedit. DESCRIPTIO THER-
MOPYLARVM. Nunc me delectat, quod fugerunt Troezeni angustas mihi Ther-
mopylas fecerat. CONTRA CORNELII SPATINII. At ego maximū dedecus fu-
turum reipublica nostra arbitror, si Xerxes nihil prius in Gracia uicerit q̄ Laconas, ne
testem quidem uirtutis nostra habere possimus, id est nobis tradetur, quod hostes nar-
rauerint, habetis consilium meum, id est autem meum, quod totius Græcæ, si quis aliud
suaderet, non fortis uos esse, sed perditos gaudet. CLAVDII MARCELLI. Non uin-
cent uos, sed obrui. Satifecimus nomini, multum rei gessimus, ante nos rerum natu-
ra uicta est. DIVISIO. Huius suaforia feci metionem, non quia in ea subtilitatē erat alt-
quid, quod nos excitare posset, sed ut sciretis q̄ nitide Fufus dixisset, uel q̄ licenter ipse
sententiam feram. Vestri arbitrij erit, utrum explicaciones eius luxuriosas putetis, an ut
poeta Pollio Afranius aiebat, hoc non esse suadere, sed inuidere, ne uolo nihil fuisse & in-
uenis te amo, tanquam has explicaciones Fufci, qua nemo nostrum non aliud inclina-
tione uocis, uelut sua quisq; modulatione cantabat. At quia semel in mentionem incidi
Fufci, ex omnibus suaforijs celebres descriptiunculas subtextam, etiam si nihil occur-
rit, quod quisquam alius nisi suafor dixerit. Diuīsone autem hac suaforia Fufus usus est
illa vulgari, ut diceret, non esse honestum fugere, etiam si tutum esset, deinde æque peri-
culorum esse fugere & pugnare, nouissime periculum esse fugere, pugnantibus ho-
stes timendos, fugientibus & hostes & suos. Cæstius primam partem sic transegit, qua-
si nemo dubitaret, an turpe esset fugere, deinde illo transiit, an nō esset necesse. Hæc sūt
inquit, quæ uos confundunt, hostes, sociorum paucitas, non quidem hac suaforia. Sed
in hac materia, disertissima illa fertur sententia Dorionis, cum posuisset hoc dixisse trece-
tis Leonidam, quod puto etiam apud Herodotum esse. Sabinus Asydius uenustissim⁹
int̄ rhetores scurra, cum hanc sententiā Leonidæ retulisset ait, ego illi ad prandii pro-
missem, ad coenam renūciasset, Attalus Stoicus, qui solum uertit a Seiano circumscri-
ptus, magna uir eloquentia, ex philosophis, quos nostra atas uidit, longe & subtilissi-
mus & facundissimus, cum tam magna & nobili sententia certauit, ut mihi dixisse uide-
tur animosius q̄ prior. Occurrat mihi sensus in huiusmodi materia, a Cornelio Seuero
dictus, tanquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pu-
gna epulantis milites inducit, & ait, straticis per herbam Hic meus est dixerit dies. Elegā
tissime quidem affectū animorū incerta sorte pendentiū expedit, sed parū Romani ani-
mi seruare est magnitudo. Coenam em̄tanq; craftinū desperent, quantus illis Laconibus
animus erat, his q̄ nō poterat dicere, hic dies est me⁹. Illud Porcellus grammaticus argue-
bat in hoc verlu q̄s folœcismū, cū cōplures induxit, diceret, hic meus est dies, nō dies
hic est no

hic est noster, & in sententia optima accusabat id qd' erat optimus, muta em ut noster sit, gibit ois uersus elegatia, in quo hoc est decentissimum, qd' ex causa sermo trahit, nō quasi proverbi loco ait, hic dies meus est, & cum ad sensum retuleris, ne Grammaticorum qui dem columnia ab omnibus magnis ingenij submouēda, habebit locum. Dixerit enim non omnes simul tanq; in chorum manu ducentem Grāmatico, sed singuli ex his, hic meus est dies. Sed ut reuertar ad Leonidam & trecentos, pulcherrima illa fertur Glyconis sententia. In hac ipsa suaforia non sane refero memoria ullam sententiam Grāci cuiuscq; nisi Dama.

De positione loci eleganter dixit Aceris, cum angustias loci facundissime descripsit, natus trecentis locis. Cæstius cum descripsisset honores, quos habuit ieiuent, si pro patria cecidissent, adiecit. Per sepulchra nostra iurabitur.

* Nicetas longe dilectius hæc fantasiam mouit, & adiecit, nisi antiquior fuisset Xerxes qd' Demosthenes Ciptoy, cui dicere hanc suam dixit sententiam, aut certe non deprehensam, cum descripsisset oportunitatem loci, & tuta undiq; pugnantum latera, & angustias a tergo positas, sed aduersos hostibus. Potamon magnus fuit Mitylenis, qui eode tempore uiguit, quo Lebodes magni nominis & nomini respondetis ingenij, in qbus quaerita fuerit animorum diuersitas in simili fortuna, puto uobis indicandum, multo magis, qd' ad uitam pertinet, qd' si ad eloquentiam pertineret. Vtrius filius iisdē diebus decepsit. Lebodes scholam soluit, nemo utq; ampliore animo se gesit. Potamon a funere filii contulit se in scholam, & declamauit. Vtriusque tamen affectum temperandum puto, hic durus tulit fortunam qd' patrem decebat, ille mollius. Verum Potamon cum suaforia de trecentis diceret, tractabat qd' turpiter fecissent Lacones, hoc ipsum quod deliberalient de fuga, & sic nouissime clausit. Insanerunt in hac controuersia multi circa Otroyadē. Murethidus qui dixit, fugerunt Athenienses, non enim Otroyadae nostri literas didicerant. SARCONIVS dixit, Otroyades p̄it, ut falleret, reuixit, ut uinceret. LICINIVS NEPOS. Cum exemplo uobis etiam mortuis uincendū fuit. ANTONIVS ATTICVS. Inter plures sententias uidetur palmam meruisse, dixit enim Otroyades, pene a se pulchro uictor digitis uulnera gesit, ut throphæi Laconum inscriberet, & deo dignū in spartano sacramento virum, cuius ne litera quidem fuere sine sanguine. CATIVS CRISPVS. Municipalis Gatoçeos dixit post relatum exēplum Otroyade dicebat, municipalis aliud cateros, aliud Laconas decet, nos sine delitijs educamur, sine muris uiuimus, sine vita uincimus. SENETIO fuit, cuius nomine ad uos potuit peruenisse, ingenij cōfusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut nouissime huius rei morbo & tenere tur & rideretur, nam & seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea uasa nō nisi granaria. Credatis mihi uelim non iocanti, eo peruenit insania eius, ut calceos quoq; maiores sumeret, sicut non esset nisi mariscas. Cōcubinam irgentis statura habebat, omnia grādia probabat, ei impositum est cognomen. Vel ut Messala ait cognomentum, & uocari coepit. Senetio grandio, aliquando inueniret. Is in hac suaforia cum posuisset cōtradicisti onem, ait, omnes qui miseri erant a Gracia, fugerunt, sublati manibus, insistes summis digitis (sic enim solebat) quo grandior fieret, exclamat, gaudeo, mirantibus nobis quid tantum boni illi contigisset, adiecit. Tonus Xerxes meus erit. Idem dixit, iste qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscriptis, dilatauit profundum, nouam rerum natura faciem importat. Ponat sane cōtra cōlum alstra, cōmilitones habebo deos. SENIUS multo potentius dixit, Terras armis possidet, cōlum sagittis, maria unguulis, Laco nes nō succurrerit, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam referam, VICTORIS STATORII municipis mei, cuius fabulis memoria dignissimis alijs sua foria occasione contradictionem sumpfit. At, inquit, trecenti sumus, & ita trecenti, sed utri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas, nunq; uidi pluris trecentos. LATRO in hac suaforia cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & uincere, posse certi uictos reuerti & beneficio loci. Tum illa sententiā, si nihil aliud, erimus certe bellī mora. Postea memini auditorē Latronis ABRONVM SYLONEM patrē huius Sylonis qui Pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit, recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his uersibus. Ite agite Danai magna Pœana

Lebodes
uir magni
nois, & no
ni ridentis
ingenij, de/
clamator et/
gregius.

Senetionis
oia magna
i quibus re/
placebant,
hinc dictus
est Gradio.

* Senetio grandio, aliquando inueniret. Is in hac suaforia cum posuisset cōtradicisti onem, ait, omnes qui miseri erant a Gracia, fugerunt, sublati manibus, insistes summis digitis (sic enim solebat) quo grandior fieret, exclamat, gaudeo, mirantibus nobis quid tantum boni illi contigisset, adiecit. Tonus Xerxes meus erit. Idem dixit, iste qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscriptis, dilatauit profundum, nouam rerum natura faciem importat. Ponat sane cōtra cōlum alstra, cōmilitones habebo deos. SENIUS multo potentius dixit, Terras armis possidet, cōlum sagittis, maria unguulis, Laco nes nō succurrerit, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam referam, VICTORIS STATORII municipis mei, cuius fabulis memoria dignissimis alijs sua foria occasione contradictionem sumpfit. At, inquit, trecenti sumus, & ita trecenti, sed utri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas, nunq; uidi pluris trecentos. LATRO in hac suaforia cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & uincere, posse certi uictos reuerti & beneficio loci. Tum illa sententiā, si nihil aliud, erimus certe bellī mora. Postea memini auditorē Latronis ABRONVM SYLONEM patrē huius Sylonis qui Pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit, recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his uersibus. Ite agite Danai magna Pœana

gnum Pœana canentes. Ite triumphantē bellī mora concidit ore, sed hora. Tam diligētes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unius uerba surripit nō possent. Sed ut sciat sensum bene dictum, dici tam posse melius, notate præ ceteris quanto decentius Vergilius dixerit hoc quod ualde erat celebre, bellī mora concidit Hector. Item, Quicquid apud dura cæstatū est moenia Troia? Hectoris Aeneaq; manu uictoria grati Hæsit. MESSALA aiebat hic Vergiliū debuisse definire, quod sequit, & in decimū uestigia restulit annū, explementum esse. MECOENAS hoc etiam priori comparabat. Sed ut ad Thermopylas reuertar. DIOCLES CHARISIVS dixit. APATRIVS dixit CORVO testimonii stuporis reddendum est qui dixit, Quid si iam Xerxes ad nos suo mari nauigat, fugiamus ante qd' nobis terra surripiat, hic est Corvus, qui cum tentaret scholam Roma summo illi, qd' iudiciorum subegerat, declamauit controuersiam, de eaq; apud matronas disserebat, liberos nō esse tollendos, & ob hoc accusatur reipublicæ laesa. In hac controuersia sententia eius hac ridebatur, inter pyxides & redolentis animæ medicamina constitutī mirata concio. Sed si uult historicum quoq; uobis fatum dabo. THVSCVS ille qui Scaurū mamer cum, in quo Scaurorū familia extinta est, maiestatis reum fecerat, homo qd' improbi amici, tam infelicis ingenij, cum hanc suaforia declararet, dixit, expectemus si nihil aliud effecturi, scilicet ne insolens barbarus dicat, ueni, uidi, uici, cum hoc post multos annos diuus lulii uicto Pharnacē dixerit. DVRION dixit, ANDREAS aiebat, Nicocritis Lacedemonis insigni hanc sententiam fuisse futuram, si media inciderentur. Sed ne uos diutius infatuem, qui prædicteram me Fuci Arelii explicationes subiecturum, finem suaforie faciam, qd' iterum nimis cultus & fracta compeditio poterit uos offendere, cum ad meam ætatem ueneritis. Nam nunc uos ipsa, quæ offensura sunt, uitia deleantur.

Finis secunda suaforia.

D Eliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negat Chalcante aliter nauigari potuisse. ARELLII FVSCI. Non in aliam conditionē deus fudit aequora, qd' ne omnis ex uoto ieret dies, nec ea foris mari tantū est, carera ipsa non sub eadem conditione sydera sunt, alia negatis imbris exurunt solum, & miseris cremata agricultæ legunt semina, & haec interdum anno lex est, alijs serena claudantur, & omne colum nubilo graui subdit solum, & creditum sibi terra nō retinet, alias incertis syderibus cursus est, & uariantur tēpora, nec soles nimis urgent, nec ultra debitū imbre cadunt, quicquid asperatum astu est, quicquid nimio defluxit imbre, inuicē nimio temperatur altero, siue ita natura dispositus, siue ut ferunt luna cursu gerit, quæ siue plena lucis sua est, splendensq; pariter assurgit in cornua, imbræ prohibet, siue occurrit de nubilo, sordidiorē orbem suum nec ante finit qd' in lucem reddit, siue ne lunæ quidem ipsa potentia est, sed fatus qui occupauerit annum tenent, quicquid horum est, extra iuslum dei tutum fuit adultero mare. An non potero uindicare adulteram, prior est fatus pudice. Ne quid uirginatit huius timerem, persequitur adulterum. Vieta Troia uirginibus hostium parcendum, nihil adhuc uirgo Priami timet. CAESTII PII. Vos ergo ad hanc diem immortales inuoco, sic præclusuri estis maria. Obstate potius, ne Priamī quidem liberos immolatus es, describe nūc tempestatem, omnia ista patimur, nec parricidium fecimus, quod hoc sacram est, uirginis dea templo uirginem occidere, libentius hanc a cerdote habebit, qd' uictimam. CORNELII HISPANI. Infecta, inquit, sunt tempestates, & saeuunt maria, nec adhuc parricidium feci, ista maria si numine suo deus regeret, adulteris clauderentur. MARYLLIS. Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. ARGENTARI. Iterum in malum familie nostræ fatale revoluimur, ppter adulteram fratri liberi perirent, ista mercede nolle reuerti, at Priamus bellum pro adultero filio gerat. DIVISIO. Hanc suaforiam sic diuisi Fufus, ut diceret, etiam si alter nauigare non posset, non esse faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium, quia plus impenderetur, quam peteretur. Petitur impendi Iphigeniam, uindicari adulterium, committi parricidium. Deinde dixit etiā si nō molaset, nauigatur. Il lam enim

Iam enim moram natura maris & uentorum esse, deorum uoluntate ab hominibus non intelligi, haec Cashtius diligenter diuinit. Dicit enim deos rebus humanis non interponere arbitrium suum, si interponant, uoluntatem eorum ab homine non intelligi, ut intelligatur, non posse fata reuocari, si non sint fata, sacra profutura, si sint, non posse mutari. Sylo Pompeius etiam si quod esset diuinandi genus certum, auguri negauit credendum, quare ergo si nescit Chalcas affirmat primum, & scire se putat. Hic cōmūnem locum dixit in omnes, qui hanc affectarent scientiam, deinde iracuit tibi, inuitus militat, querit sibi tam magno testimoniō apud omnes gentes fidem in ea descriptione. Primū in hac suaforia Fulcus Arelius Vergiliū uersus uoluit imitari. Valde autem longe petit, & penne repugnat materia, certe non defuderant inferunt. Ait enim de luna, qua lue plena lucis sua est, splendens pariter assurgit in continua, imbre probhet, siue occupata nubilo sordidiorē ostendit orbem suum, non ante finit, sed uice reddit. At Virgilii haec quanto simplicius & beatius dixit. Luna reuertentis cum primum colligit ignes. Si nigrū obscurō comprehenderit aera cornu Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber. Et rur sus, Sin ortum quarto (nāc, is certissimus autor) Plena, neq; obscuris per coelū cornibus ibit. Solebat autē ex Vergilio Fulcus multa trahere, ut Mecenati imputaret. Totes em̄ pro beneficio narrabat, non in aliqua se Vergiliiana descriptio placuisse, sicuti in hac ipsa suaforia dixit, cur iste inter eius ministerium placuit, cur hoc os deus elegit, cur hoc potissimum sortitur poesis, quod tanto nomine impie aiebat se imitatum Vergiliū, plena deos. Solet autem Gallio noster haec aptissime ponere. Memini una nos ab additioñe Nū, cetis ad Messalam uenientes. Nicetes suo imetu ualde Gracis placuit. Querebatur Gallio, one Messala, quid illi uisus esset Nicetes. Gallio ait plena deo, quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos uocat, statim dicebat, plena deo. Ipse Messala nunq; aliter eum agnouit, ab hominis auditione uenientem interrogat nihil aliud qd ut diceret, nunquid plena deo? itaq; hoc ipsi iam tam familiare erat, ut inuito quoq; excideret. Apud Casarem cum mentio esset de ingenio Haterij, confutidine prolapius, dixit, & ille erit plena deo. Quaren̄t deinde quid hoc esse uellet, uersum Vergiliū retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, & nunq; postea potuisset excide re. Tyberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetus ingenio, atq; delectatus est fabula Gallionis, hoc autem dicebat Gallio Nafoni suo ualde placuisse, itaq; fecisse quod in multis alijs ueribus Vergilius fecerat, non surripiendi cauila, sed palam mutandi, hoc animo ut uellet agnosciri, esse autem in tragœdia eius, seror huc illucue plena deo. Iam uultis ad Fuscum reuertar, & descriptionibus eius uos satiabo. Haec potissimum ex his quas in similitudinē tractatione posuit, cum diceret, omnino non concessam, futuram sententia.

Finis tertiae suaforia.

Initium quartae suaforia.

Declamatores qdā, si caldi uocantur.

futuri sciām.

Ulta hūa, nā est forē qui futura prædicta.

D liber Alexander magnus, an Babyloniam intret, cum denunciatum esset ilī responso auguris periculum, ARELLII FVSCI uis est qui futurū sciām sibi uendicet, noua oportet fortis sit, qui iubente deo canat, non eode cōtentus sit uero, quo imprudentes nascimur, quandam imaginem dei praferat qui iussa exhibeat dei, sic est. Tantum enim regem tantiq; rectore orbis esse in metu cogit, magnus iste est, supra humana fortis habitum oportet sit, cui liceat terrae Alexandrum, ponat iste suos inter sydera patres & originem coelo trahat, agnoscat suum uatem deus, non eodem claudatur uita fine, atq; magna, extra omnem futurorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura præcipiat. Si uera sunt ista, quid ita, non huic studio seruit omnis atas. Cur nō ab infantia, rerum naturam deosq; qua licet, uisimus? cum parent nobis sydera & intereste numinibus liceat, quid tā inutili desideremus facundia? aut piculosis atterit armis manus? an melius alio pignore qd futuri sciā ingenia surrexerint? Qui uero in media se ut prædant fatorum misere pignora, natales inquirit, & prima omniū meliorum annōrū habent initia, quo ierint motu sydera, in quas discurrerint partis, contra ne deus steterit, an placidus effulerit sol, an plenam lucem? an initia surgentis acceperint, an abdiderit in noctem obscurum caput luna, Saturnus nascentē, an ad bella Mars militē, an negociosum in quæstus Mercurius excepterit, an blanda annuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Jupiter tulerit? Exsistunt tot circa unum caput tumultuantis

tumultuantis deos, futura nunciant, plerosq; dixerit uiuctus, & nihil metuētes opprefsit dies, alijs dedere finem propinquum, at illi superfuere. Egētes inutilis anima, felices nascentibus annos spoponderūt, at fortuna in omnem properauit iniuriam, incerta em̄ fortis uiuimus, unicuiq; ista pro ingenio funguntur non ex scientia ut. Deerit aliquisotto orbo locus qui te uiuctorem nō uiderit. Babylone cluditur, cui patuit oceanus. DIVISIO. In hac suaforia nihil tractat Fulcum scio qdā, quas supra retuli, questiones, ad scientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectauit praterite non possum. Declamat Fulcus Arelius controvēsiā, de illa, qua postea qd̄ ter mortuos pepererat, somniaſſe dixit, ut in luco pareret. Valde in uos contumeliosus fuerit, si totam controuersiam, quā ego intelligo me dicere, Fulcus declamat, & aperte, aut non agnoscētis puerum, tractaret locum, contra sonnia & deorum prouidentiam, & male de magnitudine deorum dixisset mereri eum, qui illos circa pueras mittet, summis clamorib; dixit illū Vergiliū uersum. Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat. Auditor Fulci quidam cuius pudorē parco cum hanc suaforiam de Alexandro ante Fulcum diceret, putauit aequē bene ponit uersum eudem, dixit, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. Fulcus illi ait, si hoc dixisset audiente Alexandro, scies & apud Vergium eudem uersum esse, & alterum capulotenus abdidit enēm. Et quia soletis mihi moleſti esse de Fulco, quid fuerit, quā nō uideretur dixisse cultius, ingeram uobis fuscianas explicaciones. Dicebat autē suaforias libentissime & frequentius grācas qd̄ latinas, hebraicas in hac suaforia dixit.

Finis quartae suaforia.

Initium quintae suaforia.

D eliberant Athenienses, an trophea persica tollant, Xerxe minante redditum se, nisi tollerētur. ARELLII FVSCI. Pudet me uictoria nostra, sic fugatum credis Xerem, ut reuerti possit, tot cæsa milia, nihil ex hac acie relicta minant, nisi quod uix sequi fugientem possit, toties mera clas̄is, quid Marathon? quid Salamina referam? Pudet dicere, dubitamus adhuc, an uicerimus. Xerxes uenit at necio quomodo languet circa memorā iactura animus, & distracta arma non repetit. Prior em̄ metus futuri regni is esset, amissia ne audeat, amissurū monent. Ut in gaudiā interdum surgit animus, & spem ex præfētū metitur, ita aduersis frangitur, omnīs æstitu animū premit ubi nullam meminit aciem, nūl quā fugerit, errat circa damna sua, & quā male expertus est, uota deponit. Si uenturus esset, non minaretur. Suis fratēt in ignibus, & impaſta non solutur, non denuciaret si uenturus esset, neq; armaret nos nuncio, nec instigaret uictricem Graciā, nec sollicitaret arma felicia, magis superuenientēt imprudēt, nam & arma indenunciata moment, quantūcūq; oriens ualuit primo in Graciā impetu effusum est, hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat. Extincta tot ante Xerem milia, tot sub ipso iacent, & nulli nisi qui fugerunt supersunt, quid dīcā Sa lamina? quid Cynagryon referam? & te Polyletes? & hoc agit an uiceris? hæc ego trophea desposui, hæc in totius Graciā conspectu statui, ne quis timeret Xerem minantem. Me miserum, pugnante Xerxe trophea posui, fugiente tollam? nūl Athene uincitur, non tantum credetur rediſſe qd uicisse Xerxes, nō potest Xerxes, nisi per nos trophea tollere. Credite mihi, difficile est attritas opes recolligere & spes noua re fractas, & poenitenda acie in melioris euertere surgere. CAESTII PII. Inferam, inquit, bellū, alia mihi trophea promittit, potest maior uenire qd uictus est. ARGENTARII. Non pudet uos, pluris trophea uestra Xerxes astimāt qd uos. DIVISIO. Fulcus sic diuīlit, etiam si uenturus est Xerxes, non tollimus, non sunt trophea tollenda. Confessio seruitis est iussa facere, si uenierit, uincemus, hoc non est diu colligendum, de eo dico, uincimus quem uicimus. Sed nec ueniet quidem, si uenturus esset, non denuciaret, fractus est & uiribus & animo. CAESTIVS, & illud dicit quod in prima parte tractauit, non līcere Atheniēs trophea tollere, cōmune in illis ius totius Graciā esse, cōmūnem uictoriā, cōmune bellum fuīsse, deinde nefas quidem esse, nunq; factum, ut quisq; conse cratis uirtutis sua operibus manus adferret, ista trophea non sunt Atheniēs, deorū sunt, illorum bellum fuit, illos Xerxes uinculis, illos sagittis persequebatur, hæc omnia

ad impiā

Sententia Iuuenalis

ad impian & superbam Xerxis militiam pertinent. Et quid ergo bellum habebimus? habuimus, et si Xerxem remouebis, alius hostis ueniet. Nunquam magna imperia occisa omnibus bellorum prospere ab Atheniensibus gestorum, deinde non erit bellum. Xerxes enim non ueniet, multo timidiore esse quam superbissimi fuerint. Nouissime ut ueniat, cum quibus ueniet, reliquias uictoriae nostrae colliget, illos adducet quos priore bello quasi iniustis reliquias nouit, si quid ex fuga cosecuti sunt. Nullum habet milite nisi aut fastiditum aut uitium. AR GENTARIVS his duobus contentus fuit, aut non uenturū Xerxem, aut non esse metuendū. Si uenerit his solis institut, & illud dixit quod exercitum est, tollite, inquit, trophya, si uicisti, quid erubescis? si uictus es, quid imperas? locū mouit non inutiliter, iudicare quidē se neq; Xerxem neq; iam quēquam Perfarū ausurū in graciā effundere se, ideo magis ipsiis trophya tuenda. Si quis unq; illinc uenturus hostis esset, ut confpectu trophyū animi militū accenderent, hostiū frangerent. BLANDVS dixit, repleat ipse prius hiatus, & maria in antiq; faciem reducat, apparere uoluit posteris quēadmodū uenerit, appareat etiā quēadmodū redierit. TRIARIVS, Omnis dimissa divisione tantum exultauit, quod audierit Xerxem uenire ad se, ipsi nouam uistoriam noua trophya. SILO POMPEIVS Venusto genere sententia usus est, nisi tollitis inquit trophya, ego ueniam, hoc ait Xerxes, nisi haec trophya tollitis, illa ponetis. Alteram partem solus Gallio declamauit, & hortatus est ad tollenda trophya, dixit gloriæ nihil detrahi, mansurā enim memoriam uictoriae quam perpetua esset, ipsa trophya & tempestibus & attate consumi, nullus suscipiendū fuisse pro libertate, pro cōiugib; pro liberis. Pro re superuacua & nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendū. Hic dixit utiq; uenturū Xerxem & descripsit aduersus ipsos deos tumentem, deinde habere illum magnas uires neq; omnes illum copias in graciā produxisse, nec omes perdidisse in graciā, timendam esse fortunā uarietatem, exhaustas esse graciā uires, nec posse iam pati alterum bellum, illi esse immensam multititudinē hominū. Hoc loco difertissimā sententiam dixit, qua uel in oratione uel in historia ponit, diutius illi perire possunt, quam nos uincere.

Finis quinta suaorū.

Initium sexta. De morte Ciceronis clarissima.

DEliberat Ciceron an Antonium deprecetur. Q. HATERIVS, Sciant posteri potuisse Antonio seruire Rempū, nō potuisse Ciceronē. Laudandus erit tibi Antonius, in hac causa etiam Ciceronē uerba deficient. Crede mihi, si diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius, quod Cicerō tacere non possit. Si intelligis Cicerō, non dicit, roga ut uicias, sed roga ut seruias, quemadmodū autem hunc senatum intrare poteris exhaustum crudeliter repletum turpiter. Intrare autem tu se natum uoles, in quo non. Cn. Pompeiū uilus es, nō M. Catonem, non Lucullem, nō Hortensem, nō Lentulum atq; Marcellum, nō tuos inquā Coss. Hirium & Paniam. Cicerō quid in alieno saeculo tibi, lam nostra peracta sunt. M. Cato solus maximum uiuendi moriendis exemplum, mori maluit quam rogare, nec erat Antonium rogaturus & illas usq; ad ultimū diem puras a ciuili sanguine manus, in se infectas, acerrime armavit. Scipio cum gladium ponit iussus fore, dicitur, abdidiſſe se, quārentibus qui in nauē transierant militibus imperatore, imperator, inquit, bene se habet, uictus uocem uictoriae misit. Vetus inquit Milo rogare iudices. V. CL. nūc & Antonium rogat. PORTILLA TRONIS. Ergo loquitur imperator Cicerō, & non timer Antonius, loquitur inquā Antonius, ut Cicerō timeat. Ciuilis sanguinis Syllana sitis in ciuitatem redit, & ad triumviralem hastam pro uectigalibus ciuium romanorum mortes locātur. Iniuista bella albo pharsalica, ac Mundenis Mutinensisq; ruina uincitur, cōsularia capita auro rependuntur. Tuīs uerbis Cicerō utendum est, o tempora, o mores, uidebis ardentēs crudelitatem simūl ac superbis oculos, uidebis illum nō hominis sed bellū ciuilis uitum, uidebis illas fauces per quas. Cn. Pompeiū bona transierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriā firmitatē, uidebis illum pro tribunalī, loco, quo magister equitū cum raparetur, praeberat, uomitu foedauerat. Supplex cadens genib; deprecaberis, & ore, cui se debet salus publica, humili, in adulatioне uerba submittes. Pudeat Verrem quod quia proscriptus fortius perit, CYRI MARILLI ESERNINI occurrat tibi Cato tuus cuius a te

Memoria uis
ctoriae est per
petua, cū tro-
phica reperita/
tibus cadant

Cato mafuit
mori quā ro-
gare,

ius a te laudata mors est, quicq; ergo tanti putas, ut uitam Antonio debeas? CAESTIUS PII. Si ad desyderium populi respicis Cicero quandocq; perieris, parum uixisti, si ad res gestas satis uixisti, si ad iniurias fortuna & praesente reipub. statū, nimis diu uixisti, si ad memoriam operum tuorum, semper uitetur es. POMPEI SYLONIS. Scias licet tibi non expedire uitare, si Antonius permittit ut uicias. Tacebis ergo proscriptente Antonio? & rempub. laniante? & ne gemitus quidem tuus liber erit? malo Populus Romanus mortuum Ciceronem & uiuum desyderet. TRIARIUS, quæ charybdis est tam uox tax; charybdin dixit? quæ si fuit, animal unum fuit, uix mediussidius oceanus tot res tāq; diversas uno tempore absorbere potuisse, huic tu sequenti putas Ciceronem posse subducī? ARELLII FVSCI Ab armis ad arma discurrūtur, foris uictores dū trucidamur, dum in sanguine intelleximus hostiū incubat, quis non haec populi Romani scit? Cicerone ut uitat cogi putat? Rogabim Cicerō turpiter Antonium frustra, nō te ignobilis tumulus abscondet, idem uitā tuā qui finis est immortalium, humanorum operū custos mei moriāq; mansuri, uita perpetua est, in omnia te secuta sacramū dabit. Nihil aliud intercedit q; corpus frugalitatis caducē, morbis obnoxium, calibis expostū, proscriptiōnibus obiectū. Animus uero diuina origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors, oneris corporis uinculū exolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret, & tamen si ad aetatem annorumq; nunq; obseruatū uiris fortibus, numerum respicimū, sexā ginta supergressus es, nec pores uideri non nimis uixisse, qui moreris reipub. superstes. Videlim furentia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicasq; cades Romanum sanguinem haustū Aegyptus, quid indignarū in Ciceronem Antonio licere, quod in Pompeium Alexandrinū licuit? at si non occiduntur qui ad indignos confugisūt. CORNELII HISPAANI. Proscriptus est ille qui tam sententiam fecerit, rotā tabula tūrā morti præluditur, alter fratrem proscribit, alter auunculum patitur, quid habes spei? Ut Cicerō perire, tot parricidia facta sunt. Repete age, tot patrocinia tot clientelas & maximū beneficiorum tuorum te ipsum, iam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in præces non posse. ARGENTARIUS. Explicantur triumviralis regni delicata cōuītia, & popina tributo gentium instruitur, ipse uino & somno marcidus deficientis oculos ad capita proscriptorum leuat, iam ad ista non satis est dicere hominem nequam. DIVISIONE Latro sic hanc diuīst, omnem suaforiam, etiam si impretares uitam ab Antonio, non putes tanti rogare, deinde impreteare non potes, in priore illa parte posuit. Turpe esse culibet Romano, nedum Ciceronū uitam rogare, hoc loco omnium qui ultro morte oppedit exēpla posuit, deinde inutilis illi sua uita futura proponit, morte grauior, detracta libertate, hic omnem acerbitudinem seruitutis futura descripsit, deinde non futurum fidei impretabile beneficium, hic cum dixisset, aliquid erit quod Antonius offendat aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut uultus, adiecit sententiam, aut em placituras es. ALITER DIVISIT, primā partem fecit, moriendum esse Ciceronē, ni etiam si nemo proscripteret, cum hac insecatiō temporum fuerit, deinde moriendū est, ille em se sua sponte conficeret, quia moriendū esset, etiam si mori noluisset, graues odioribus causas esse, maximam causam proscriptiōnē ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non unum illi esse Antonium infestum, hoc loco dixit illam sententiam, si cui ex triuimuris non es inuisus, Grauius es. Et illa sententia valde excepta est, rogo Cicerō, ora unum, ut tribus seruias. CAESTIUS sic diuīst. Mori tibi utile est, honestum est, necesse est ut liber & illibata dignitatis consummes uitam, hic illam sententiam dixit audace, ut numereris cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. MARCELLUS hunc sensum de Catone melius. Vlgo ne omnia cum fortuna populi Romani conuerſa sunt, ut aliquis deliberet, utrum fatus sit uiuere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisionem Caestij reuertar, dixit utile esse, ne etiam cruciatu corporis pateretur, non simplici illum modo peccatum, si in Antonij manus incidisset, & in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni & uerbera & tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam. Tu mehercules Cicerō cum ueneris ad Antonium, mortem rogabis VARIUS GEMINVS sic diuīst, hortarer te, si non alterutrum utiq; faciēndū esset

Forrestus/
mulus.

Magna ad
forem uir
ut moriācūt
persuasio.

aut moriendum, aut rogandum, ut morereris potius quam rogarés, & omnia complexus est, quae a ceteris dicta erant, sed aliud & tertium, adhortatus est illum ad fugam, illuc esse M. Brutum, illuc C. Cassium, illuc Sex. Pompeium. Et adiecit illum sententia quam Celsus Seuerus unice mirabatur, quid deficitum? & Resp. fuos triumviro habet, deinde etiam quas petere possit regiones percurrit, Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam a proconsule egregie administratam, familiares studijs eius, & Achiam & Asiam. Deiotari regnum obligatum beneficijs, Aegyptum & habere beneficij memoriam, & agere perfidia poenitentiam, sed illum maxime in Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassio & in Bruti castra. Item Cassius Seuerus aiebat alios declamasse, Varium Germanum uitium confundim dedisse. Alteram partem pauci declamauerunt, nemo auctor est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo iudicaverunt. Geminus Varius declamauit altera quoq; partem & ait. Spero me Ciceroni meo persuasurum ut uelit uiuere, quod grandia loquitur & dicit. Mors nec immatura confusari, nec misera sapient, non mouer me idiotam, perit, ego belle mores hominis noui, faciet, rogarib; nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit, iam collum tritum habet, & Pompeius illum, & Caesar subiecerunt. Veteranum mancipium uidetis, & ipsura alia dixit scurrilia ut illi mos erat. Dixit sic, ut dicaret, non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum, in priori parte posuit, non esse turpe, ciuem uictorem rogari a uicto, hic quā multi rogassent. C. Caesarem, hic & Ligarium, deinde ne iniquum ele quidem Ciceronem latifacere, qui prior illum descripsisset, qui & cum iudicasset ab eo temper nasci satisfactionem, ac dato rogari, deinde non pro uita illum sed pro Republica rogaturum, satis illum uixisse sibi, Reipublice parum. In sequenti parte dixit exorari solere inimicos, ipsum exoratur a Vatinio. C. quoq; Verri affuisse, facilis exorari Antoniu posse qui cum tertius esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementiae occasionem prateriret, fortasse irasci Antonium, qui ne tanti quidē putasset illum quem rogarer, fuga quā periculosa esset cum descripsisset, adiecit, quoq; peruenisset seruendum illi esse, ferens, dam aut Cassi uoluntiam aut Bruti superbiam aut Pompeij stulticiam. Quādo in hanc usus memoriam Ciceronis gesserit, namq; Cicero nec tam timidus fuerit ut rogarer Antonium, nec tam stultus ut exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Polione qui infestissimus fama Ciceronis pmanit, & is etiam occasionem scholasticis occasione dedit. Solent em̄ scholastici de declamatores ponere.

* Alia sua foria pro Ciccone.

Delibera Cicero, an promittit salutem Antoniu orationes suas comburat, Hac inepte facta cuilibet uideri potest. Pollio uult illum ueram uideri, ita enī dixit in illa oratione quam pro Lamia dedit. ASINII POLLIONIS Itaq; nunquam perficeret, nec mora fuit, quin euitaret, suas esse quas cupidissime effuderat orationes in Antonium, multiplicetq; numero & accuratius lcriptas illis contrarias edere, ac uelut ipse palam pro concione recitaret pollicebatur, ceteraque his alias sordidiora multo, ut tibi facile liqueret, hoc totum adeo fallsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historijs suis ponere aulus sit. Huic certa actioni eius pro Lamia qui interfuerunt negant eum hac dixisse, nec enim mentiri sub trium uirorum conscientia sustinebat, sed compositus. Nolo autem uos iuuenes mei contristari, quod a declamatoribus ad historicos transeo, satissimam uobis, & fortasse efficiam, ut his sententijs lectis solidis & uerum habentibus recedatis. Et quia hoc si tamen recta uia consequi non potero, decipere uos cogar, uelut salutarem pueris daturus potionem, sumpti poculi huius adeo contrectationis consilium habuisse non dicit, ut neget tempus habuisse. Ita enim ait L. Liuus. M. Cicero sub aduentu triumviro celerat urbe, certum habens id quod erat, non magis Antonio eripi se quam Cæsari Cassium & Brutum posse, primo in Tusculani fugit, inde tranuersis itineribus in Formianū, ut ab Caeta nauim cōscensurus proficiat. Unde aliquoties in altum prouectus cum modo uenti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis cæco uolente fluctu pati nō posset, tedium tandem eum & suę & uita cepit, regressusq; ad superiorem villam quā paulo plus mille passibus amare abest.

Cicero p̄scr̄
pus quomo/
do se gesserit

abest. Moriar, inquit, in patria sape seruata. Satis constat, seruos fortiter fideliterq; paras fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lectione & quietos pati, quod fors iniqua cogere, iusisse, prominenti ex lectione præbentis immotu ceruicem caput præcismum est, nec satis istidæ crudelitati militum fuit, manus quoq; scripsisse in Antonium exprobates præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium iuslucq; eius inter duas manus in rostris positum, ubi consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antoniū ille, quanta nulla unq; humana uox, cum admiratione eloquentia auditus fuerat, uix attollentes lacrymas oculos homines intueri trucidata membra eius poterant, Bassus Aufidius, & ipse nihil de animo Ciceronem dubitauit, quin fortiter se morti non præbuerit tantum, sed ob tulerit. AVFIDII BASSI Cicero paulum remoto uelo postq; armatos uidit, ego uero cōfido, ait, accede ueterane, et si hoc saltē potes recte facere, incide ceruicē. Tremeti de inde dubitantq; quid si ad me, inquit, primū uenisset? Cremutius Cordus, & ipse ait, Ciceronem cū cogitasset, utrum ne Brutum, an Cassium, an Sex. Pompeium peteret, omnia illi displicuisse, præter mortem. CREMVTII CORDI, quibus uisus latens Antonius cum peractam proscriptionem suam dixisset, eset quippe non satiatus modo cedendis ciuib; sed defectus, quot quoq; sint pro rostris exponit. Item qua sepius ille intelligenti circufus turba processerat, qua pauloante coluerat p̄is cōcionibus, quibus multorum capitula seruauerat, tum per artus suos latus, alter ac solitus erat, a ciuib; suis cōspicetus est, prætentendi capitū origi eius impensa sanie, breui ante præcepit senatus Romanus nominis titulus, tum precium interfectoris sui, præcipue tamen soluit pectora omnium in lacrymas gemituq; uisa ad caput eius deligata manus dextra, diuina eloquenteria ministra, ceterorumq; caedes priuatū luctus excitavat. Illa una communem, BROTIDI NIGRI. Elapsus interē altera parte uilla Cic. lectione per agros cerebatur, sed ut uidit appropinquare notum sibi militi Popilium nomine, memor defensum a se, latiore uelut aſpexit, at ille, uictoribus idipsum imputatur, occupat facinus caputq; decisum, nihil in ultime fine uita facientis, quod alterutram in partem posset notare, Antonio portat, oblitus se pauloante defensum ab illo, & hic uoluit positi in rostris capitū miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus est. BROTIDI NIGRI. Ut uero iuslū Antoniū inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quod toties auditum erat loco sedato, gemitu & fletu maximi uiri inferia, nec ut solet ita deponi in rostris corporis concia audiuit, sed ipsa narravit, nulla non pars fori aliquo iactationis inclita signata uestigio erat. Nemo non alter in se eius meritū fatebatur, hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimū temporis seruitutem ac aleam delatam in Antoniū. Quoties magni alicuius mors ab historicis narrata est, toties fere totius cōfummatio uita, & quasi funbris laudatio redditur, hoc semel aut iterum, adhuc stidem factum. Item in paucissimis personis usurpatum a Salustio. Liuus benignus omnibus magnis uiris praefuit, Sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc ut graco uerba utar επιτάχειον Liuus reddit. TITI LIVII Vixit tres & sexaginta annos, ut si uis absuisset ne immatura quidem mors uideri posset, ingenium & operibus & premiis operarum felix, ipse fortuna diu prospera & in longo tenore felicitatis, magnis interim iectis vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filia morte, exitu tam tristi atq; acerbo, omnium aduersorum, nihil ut uiro dignum erat prater mortem quæ uera astimanti minus indigna uideri potuit, quod a uictore inimico crudelius passus erat, q̄d quod eiusdem fortuna complicito fecisset. Siquis tamen uirtutibus uita penitit. Vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes sequendas Ciceroni laudatore opus fuerit. Vt est noster candidissimus omnium magnorum ingeniorum astimator T. Liuus plenissimum testimonium Ciceroni reddidit. CORDI CREMVTI. Non est opera defere etiam redditam Ciceroni laudationem. Nihil em̄ ipso Ciceronē indignum est, ac ne hoc quidē, quod pene maximum est, tolerabile est. CREMVTII CORDI. Proprias enim similitates deponentes interdum putabat, publicas nunq; videlicet credendam eius non solum magnitudinem uirtutum, sed multitudinem quoq; conspicēdam. AVFIDII BASSI. Sic M. Cicero deceperit uir natus ad reipub. salutem, quæ diu defensa & administrata in senectute demum ē manibus eius labitur, nō ipsius uictus laesa, quod nihil in salute eius aliud illi, q̄d si caruisset Antonio, placuit. Vixit sexaginta &

Popilius in
terfecit Cicē/
roni Paulo
an ab illo de/
fensus

*

Liuus am/
plissimū Ci/
ceroni testi/
monium red/
dit

*
Testimonii
Pollio, Ci
ceroni quis
inimico ad
scriptum.

annos, ita ut semper aut peteret alterum aut in uicem peteret, nullaque rem rarius quam diem illam quod nullius interest et ipsum mori. Videl Pollio quoque Alinius qui Verre Ciceronis reuertitissime mortem tradidit, Ciceronis morte solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quem inuitus plenius ei reddit. ASINII POLLONIS. Huius ergo utrius totantibus opibus mansuris, in orbe avium praedicare, de ingenio atque industria superba, natura autem atque fortuna, pariter est. Siquidem facies decora ad senectutem, prosperaque gressus ualitudo, tunc pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit, namque a prifica leueritate iudicis exacti, maximoque noxiore multitudine, puenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat, iam felicissima cōsulatus ei sors petendi & gerendī munera magna, deū consilio, industriaque, utinā moderatius secundas res & fortius aduersas ferre potuisse, namque utraque cum uenerat ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt inuidiae temporales cohortae graues in eo, certiorque inimici aggrediēti fiducia, maiore enim similitudine appetebat animo quam gerebat. Sed quād mortaliū nulli uirtus pfecta contigit, qua maior pars uitae atque ingenij stetit, ea iudicandi de homine est. Atque ego ne miserandū quide exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putassem. Affirmare uobis possum nihil esse in historijs eius hoc, quē retuli, loco disertius, ut mihi tunc non laudabile Ciceronē, sed certasse cum Cicerone uideam. Nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis, concupiscite, & penas Ciceronē dabitis. Nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortē deplorauit quam Cornelius Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oratio magnanimum spirantia pene uirorum
In rostris facuere suis, sed enim abstulit omnis,
Tantum sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia confusis acta,
Iurataque manus, deprensaque foedera noxa,
Patriiūq; nefas, et nunc & poena Cetegi,
Deieciusque redit uotis Catilina nefandis.
Quid fauor aut coetus, plenior quid honoribus anni?
Profuerunt, sacris & uita quid artibus atas?
Abstulit una dies aui decus, iactaque luctu
Conticuit latia tristis facundia linguae,
Unicā sollicitis quondam tutela salutisque.
Egregium semper patria caput, ille senatus,
Vindex ille fori, legum ritusque, togaeque.
Publica uox eius aeternum obmutuit armis,
Informes uultus sparsamque cruce nefando.
Caniciem sacrata manus, operumque ministras
Tantorum, pedibus cuius projecta superbis
Proculcavit ouans, nec lubrica fata deosque
Respexit, nullo luet hoc Antonius auro.
Hac nec in Hematio mitis uictoria Persae.
Nec te dire syphax in hoste Philippo.
Inq; triumphato ludibriā cuncta lugurtha:
Affuerat, nostraque cadens ferus Hannibal ira.
Membra tamen stygia tulit inuolata sub umbras.

*
Non laudabo municipem nostrum bono uersu ex quo hic multo melius Cornelius Seueri processit. Conticuit latia tristis facundia linguae. Sextilus Era fuit hō ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta, & pene quibulda locis talis, quales esse Cicerō Cordubensis poetas ait, pingue quiddam sonantis atque peregrinū. In hanc ipsam procriptionē recitaturus in domo Messala Coruini Pollio Alinius aduocauerat, & in principio hunc uersum sine assensi recitauit. Deflendens Cicerō est latiaque silentia lingua. Pollio Alinius non aequo animo tulit & ait, Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris, ego

istum

istum auditurus non sum, cui mutus uideor, atque ita cōsurrexit ne interfuerit recitationē eorū, quod Cornelius scio, cui non aequo displicuit set hunc uersum quā Pollio apparuit quod meliore quidē, sed non dissimile illi & ipse composuit. Si hic desierō, scio futurum, ut uos definitius eo loco legere, quo ego a scholasticis recepsi. Ergo ut librum uelitis usq; ad umbilicum reuoluere, adjiciam suasoriā proximā similem.

Alia suasoria ad Ciceronem pertinens.

DEliberat Cicerō, an scripta sua comburat p̄mittente Antonio incolumente si fecisset. Q. H. A. T. I. V. S. Non feres Antonium, intollerabilis malo ingenio felicitas est, nihilque cupientes magis accedit, quam propria turpitudinis cōsideratione. Difficile est. Non feres inquam, & iterū irritare inimicum in morte tuam cupies, quod ad me quidem pertinet multum a Cicerone absum, tamen non detet me uita mea sed pudet, ne propter hoc quidē pertinet multum a Cicerone. Ingenium tuum amas, Quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait se tibi ut uicias, cōmentus quemadmodum eripiat etiam quo uixeras, crudelior est pactio Antonij quam proscrip̄io. Ingenium erat in quod nihil iuris haberent triuimialia arma. Cōmentus est Antonius quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone proscribere, tollerat per Ciceronē. Hortarer te Cicerō ut uitam magni astimares, si libertas suum in ciuitate haberet locum, si suum in libertate eloquentia, si non ciuili enīe ceruicibus lucrentur. Nunc ut scias nihil melius esse quam mori, uitam tibi Antonius promittit, pendet nefarie prescriptionis tabula, tot pratorij, tot consularies, tot equitatis ordinis uitri perire, pene nemō relinquitor nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tempore uiuere possis Cicerō, nemo est cum quo uelis, merito Hercules illo tempore uixisti, quo Caesar ultro te rogauit, ut uiueres sine ulla actione, quo tempore non quidem stabat Respu, sed in boni principis sui num ceciderat. CAESTII PII. Nunquid opinio me fecellit? intellexit Antonius saluis eloquentia monumentis non posse Ciceronem mori, ad pactionem uocaris, qua pacificione melior in te pars tui petitur, accommoda mihi paulisper eloquentiam, Ciceronem periturū rogo. Si te audirent Caesar & Pompeius, neque inisit turpe societate neque disremiscent, si uti unquā consilio tuo uoluerint, neque Pompeius Caesarē neque Caesar Pompeium deseruerit. Quid consulatu salutarē urbi, quid exilium cōsulatu honestius, quid prouocatam inter initia adulescētia libertatem tyrocinij tuis Syllanam potentiam, quid Antonii auilsum, Catilinam Reipublicā redditum? ignosc Cicerō, diu ista narauerō. Forstam haec die nouissimo audiuntur. Si occideretur Cicerō, iacebit inter Pompeium patrem filiumque & Afraniū Petreiumque, Q. Catulum, M. Antonium illum in dignū hoc succelfore generis. Si feruāt, uiuet inter Ventidios & Canicos & Saxos, Ita dubit est, an satius sit cum illis iacere, an cum his uiuere. Pro uno homine iactura publica pacifceris, scio omne precium iniquum esse quod ille constituit, nemo tanti emit Ciceronē uitam, quanti uenit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, uiues, sed erueris oculi tibi, uiues, sed debilitabuntur pedes, etiam si in alia damna corporis praefararis patientia, exceperis tamen linguam, ubi est sacra illa vox tua? Mori enim natura finis est, non poena, hoc tibi uni non liquet. At uideris Antonio perfusisse. Afferre te potius libertati, & unum crimen inimico adjice. Fac Antonium moriendo nocentiorē. A SPRE NATIS Vt Antonius Ciceronē parcat, Cicerō ipse in eloquentiam suam animaduertet, quid autem tibi sub hac pactione promittitur? Vt Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus restituatur Reipublicā senatus, dignissimus apud quem Cicerō loqueretur. Multos ea re uiueros animi sui contemptus oppresit, multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit, & causa illis uiuendi fuit, fortiter mori, pmitte populo Romano contra Antonium licet scripta combusseris, Antonius paucos annos tibi promittat, at si non combusseris populus Romanus omnes. POMPEII SYLOS. Quale est ut perdam eloquentiam Ciceronē, fidem sequamur Antonij, misericordiam tu istam uocas supplicium summum ingenio Ciceronē. Credamus Antoniu[m] Cicero, si bene illi pecunias crediderunt foederatores, si bene pacem Brutus & Cassius, hominem & uitio naturae, & licentia temporum insanientem, inter scenicos amores ciuili sanguine luxuriantem, hominem qui creditoribus suis oppignerat.

V 4 temp.

rem, cuius gulæ duorum principiū bona Cæſaris & Pompeij non potuerunt satiſſare. Tuī utar Cicero uerbis, cara eſt cuiq[ue] ſalut[us], quā aut dare, aut eripere poteſt Antonius, non eſt tanti ſeruare Ciceronem, ut ſeruat[ur] Antonio debeam. TRIARII Cōpulsus alii quando po. Ro. in eam neceſſitatem eſt, ut nihil haberet præter louem obſeſum & Caſſiū exēlum, nullum tamen fuit Camilli opus maius, quā quod indīgnū putauit, uiros ſalutē pactionē debere. O grauem uitam etiā ſi ſine precio daretur. Antonius hoſtis a Repu. iudicatus, nunc hoſtem Remp. iudicat. LEPIDVS. Ne quis puet illum malo Antonio collegam placuisse alienaē ſemper dementiaē accessio, utriuſq[ue] collega mancipium noſter dominus. ARGENTARIJ. Nihil Antonii credendum eſt, mentior, quid em̄ iſte non poteſt, qui occidere Ciceronē poteſt, qui ſeruare, niſi crudelius quē occidebat, non poteſt. Ignorſentem tibi illum putas, qui ingenio tuo iraſcitur, ab hoc tu ſperas uitam, cui nondū uerba tua exciderunt, ut corpus quod fragile & caducum eſt feruē, pereat ingenium quod aeternum eſt, ego mirabor ſi non ſupplicio crudeliter eſet Anto- niū uenia. P. Scipionem a maioribus ſuis deſcendentē generoflus amor in numerū Scipio num reponuit, mortē tibi remittit, ut id petat quod in te ſolum imortale eſt, qualis eſt pa- cto. Auferit Ciceroni ingeniuſ ſine uitā, pmittant obliuione nominiſ tui pauci ſeru- tis anni. Non ille te uiueri uult, ſed facere ingeniuſ tui ſuperſtitē. Vnde ut Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronē, paterni perire ut quod dico optimū habet ante ſe efferat. Sine durare poſt te ingeniuſ tuum, perpetuā Antonii, pſcriptio nem. ARELLI FVSCI. Quoad humanū ingenium incolume manserit, qdū uulfū li- teris, honor ſumma eloquentia p̄cium erit, quā diu rerum natura aut fortuna ſtererit aut memoria durauerit, admirabile posteris uigebit ingeniuſ, & uno proscriptus ſeculo procribes Antoniū omnibus. Crede mihi uillifimus pars tui eſt, que tibi uel eripi uel do- nari poteſt. Ille ueru eſt Cicero quē pſcribi Antonius nō putat, niſi a Cicerone poſſe. Non ille tibi remittit proſcriptionē ſed tolli defyderat ſuā. Si fidem deceperit Antoniū, morieris, ſi praſtititerit, ſeruies, quod ad me attinet fallere malo. Per te M. Tulli quatuor & ſexaginta annos pulchre actos, per ſalutare Reip. consulatū, per aeternā ſi pateris in- geniuſ tui memoriam, per Remp. que ne quid te putes carum illi relinquerē ante coepit, oro & obteſtor, ne moriaris confeffus, quod nolueris mori. HVIVS fuſoriarū alterā par tem neminē ſcio declamafte, omnes pro libris Ciceronis ſolliciti fuerunt, nemo pro ipso, cu adeo nulla pars nō ſit malā, ut Cicero, ſi hac conditio ei lata fuſſet, deliberaturus non fuerit. Itaq[ue] hanc fuſoriarū nemo declamauit efficiatū qd Sylo Pompeiū, non em̄ ad illa ſpecioſa ſe contulit ad qua Cæſtius qui dixit, hoc grauius eſſe ſupplicium qd morte, & ideo hoc Antoniū eligeſe, breue uitam eſſe homini, multo magis leni, ita memoriam co- ſulendū quā magnis uiris aeternitate promitteret, nō qualibet mercede uitam redi- mendam, & hic condições intolerabiles eſſe, omnia potius ſubeunda quā monumenta inge- niū ſuū exuere. Inuitiam illum factū populo Ro. cuius lingua in ciuem extul- ſet, ut inſolentis gracia ſtudia tanto antecedet & eloquētia, quanto fortuna, inuitia fa- churum generi humano, pœnitentiā illum acuturum tam degener ſpiritus empti cum in- ſeruitate ſenectudū fuſſet, in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. Malle cu illi ait, dari uitam, eripi ingeniuſ. SYLO POMPEIVS ſic egit ut diceret, An- toniū non paciſci fed illudetur, nō eſſe illam conditionē ſed contumeliam, combuſtis enī libris nihilominus occiſurum, nō eſſe tam ſtultum Antoniū, ut putaret ad rem ptiñere li- bros a Cicerone comburi, cui ſcripta per totū orbem celebran̄, & hoc petere eū quod poſſet ipſe facere, niſi forte nō eſſet i ſcripta Ciceronis iſ eſſet in Ciceronē, quare nihil aliud eum agere quā ut ille Cicero multa fortiter de mortis contēptu locutus ad turpes conditions perductus occidere. Antonium illi nō uitam cu conditione pmittere, ſed morte ſub infamia querere. Item quod turpiter poſtea paſſurus eſſet, nunc illi fortiter debere pati. Et hac luſoriam inſignita eſt. Dixit em̄ ſententia Cacocelia genere humili- mo & ſordidisimo, quod detractru aut adiectione ſyllabæ facit ſenium. Proh facinus in- dignū, pbit ergo quod Cicero ſcripit, manebit qd Antonius proſcripti. Apud Cæſtium prætorem declarat hanc luſoriam Surdinus ingeniosus adulefſes a quo gracia fabu- la elegatē in latini ſermonē conuerſae ſunt, ſolebat dulces ſnias dicere, frequētius tamē præduſces & inſractas. In hac luſoriam cu iuſiurandū bellis ſenibus priorib⁹ complexus eſſet,

Maximū Ci-
ceronis elo-
giū, perpe-
turaturum.

efſet, adiecit, ita te legam. CAESTIVS homo naſutissimus diſſimulauit exaudiffe ſe ut aduleſcentem ornatum quali imprudens obſurgaret, quid dixiſit? quid ita re fruar? Erat autem Cæſtius nullius quidem ingenij, Ciceroni etiam infeſtus, quod illi non impune ceſſit, nam cum M. Tul. filius Ciceronis Afſam obtineret, homo qui nihil ex pa- terno ingenio habuit præter urbanitatem, coenabat apud eum Cæſtius. M. Tullio & na- tura memorię demperat, & ebrietas, ſiquid ex ea ſuperat, ſubducet, ſubinde interro- gabat, quid ille uocaretur qui in mo recumberet, & tamen ſepe ſubieciū nomen Cæſtij exadiſſet, nouiſſime ſeruus ut aliqua nota memorię eius faceret certiore, interrogan- ti domino quid ille eſt, qui in mo recumberet, ait, hic eſt Cæſtius qui patrem tuum ne- gabat literas ſcisse, afferrat protinus flagra iuſſit, & Ciceroni ut oportuit de corio Cæſtij ſatiſſecit. Erat autem etiā ibi pietas. Non exigeret Scordalus Hybrida diſertiflīm uiri fi- liο male apud ſe cauſam agenti. & cum in quadam poſtulatione Hybrida- as partibus ſtultorū locum ad literam omnibus agnoscētibus diceret. Age inquit, non putas me ſcripta didicile patris mei, quo uſq[ue] tandem abutere Catilina patiētia noſtra? GARGONIVS amabiliflīm in hac ſuoriarū dixit duas res, quibus ſtultiores ne ipſe quidem unquam dixerat, unam in principio, nam cu copiſſet ſchola ſtitorū frequentiſſi- mo iam more a iure curando, & dixiſet multa ita qd p̄imum tantum timeat, quantū po- test, ita ut totus uiuat Cicero aut totus moriat. Vt ego qua hodie pro Ciceronis īge- nio dixerō nulla paſtione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant. Iuba & Petreius, Iulius Mutius, mutuis uulneribus concurrerunt & mortes ſeuerauerunt.

Libri primi ſuoriarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM

LIBER SECUNDVS.

Liberi parentes alant, aut uiſcantur.

DVO frates inter ſe diſſidebant, alteri filius eſt, patruus in egeſtatem inci- dit, patre uetante aduleſcenſ illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit, adoptat⁹ a patruo eſt, patruus accepta hereditate locuples factus eſt, egere coepit pater, uetante patruo aluit illū, abdicatur. DEFENSIO ADVLESCEN- TIS. Quid mihi ob iſcis puto luxuria, quicquid unquā immodesta largi- tionē effudimus, id omne conſumebam in alimentum duorū ſēnum, cum uetare me pa- ter alebat ipſe, mihi cum egerem alimenta nō dabant, eo iam perductus erat, ut omnem ſpem ultimorū alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimi- cum, ecce oppreſſit in creſcente, quid acturus eſt, pluriſ tibi pater efferendus qd alendus eſt, quiſ rogatus eſt, aut quiſ porro tam locuples, frater alere non poteſt, miserrimus ſe- nex diuitias ſuas & iam extreſum blandimentum in ſtipem perdidit, ipſe inquit me nō aluit, imitatione aliena culpa innocentiam uocas. Nec ea quid aſtimas, quanta iſta cru- delitas ſit, quod ſi quis fratrem non alit, nec a filio quidem alendus eſt. Quid adoptionē iactas, tunc ad te ueni cum haberem diuitiem patrem. Partius qualo frates, Praefentes habemus deos, ſciſ tanto te facere etiam ſi abdicaueris, alam, fatendum eſt crimen meū, tardius miſertus ſum. Item do poenias ego parentibus meis, cum in catena odium ſit, tan- tum in meam notam querunt. O felix ſpectaculum, ſi uos in gratiam poſsum reducere, faciam hoc quod uultus quoq[ue] uestri hortantur. Surgite patres, adeſte iudices, alter mi- hi ex parentibus conſeruatus, alter ſeruandus eſt, porrigit mutuas manus in gratiam, me ſcedere mediū pignus adite. Inter diuos contenedores, mediū elidor, ergo morientē uidebo, p cuius cineres iuſtarius ſum, omnis inſtabilis & incerta felicitas eſt. Quiſ crede- ret, iacent super crepidinē Marium fuſſe cōſulem, aut futurum? Quid porro tam lon- ge exempla reperio tanq[ue] modo non ſit qui illum uidi, quid non timendū felicibus pu- tas, quid desperandū in felicibus? VNII GALLIONIS. Ego indicabo cur me abdices tu indica cur adoptaueris. Quadā accedunt noua. Equidē noua, illud non miror quoq[ue] miſericordia

Cæſtius nul-
li ingenij do-
ctissimo Ci-
ceroni infeſtus.

Cæſtius a Ci-
ceronis filio
flagris cauſus

misericordia obijicit. Illud miror, quod hic obijicit. Sic enim me gessi, ut hoc criminis duos patres obligarem, uterque me amat, uterque alii miser desiderat, uterque prohibet, nec secum, nec mecum fortuna bene conuenit, cōponite aliquando bonos quide sed contumaces uiros. Vterque discordia causam praeberet, nolite a me exigere. Vterque patruus est, uterque pater est. Transit ad istum fratus sui & fortuna & animus, misericors sum, non muto patrem, si natura mutare potuisse. P. A SP R E N A T I S. Fortuna lex est prestare quae ex egeris, miserere, mutabilis est casus, dederunt uictus terga uictores, & prouexit fortuna quos deuicti, quid referam Marium sexto cōsulatu Carthaginē mendicantē, septimo imperantem. Ne circa plura instabilis fortuna exempla te mihi tamen, da quis alimēta roget & roget. O THONIS IVNII Patris timeo mutationē, & illo nihil prius ex bonis & filium perdidit. ARELLI FVSCI Patris equid cerno an peregrini penates tuos, non sum hospes grauis, unum senem adduco, hoc tibi uitio pater placuit, uenit ignotus senex, nolo transire iacentē per patrem, roget a tergo aliquis, peribit fame qui filium suū optat superstite. Quid hoc esse dicam quod me tam periculose abdicant, quod toti es isti fortunā mutant, quoties ego patrem. Redite in gratiam. Inter funestas acies armata manus in foedus porrigitur, perierat totus orbis nisi iram finiterat misericordia, aut si tam ptinacia placent odia, parcite, iactatus inter duos patres utriusque filius, semper tamen felicior abdicatus, positus inter duo pericula, quid faciam? qui alunt abdicant, mendicant, quia nō alunt. Illud tamen pater deos testor diuitem te reliquo. CAESTIUS PII Tali me operi prāparauerat, uolebam fratres in gratiam reducere, hoc tuobis, at nisi impetravero ut boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint, uterque me amauit, uterque p. me uota fecit, quantū est si dixerit, uterque me aluit. Quā causa fuerit discordia nescio. Timeo ne iste prior agere coperit. Quid obijicit pater? scio quendam in hac ciuitate ppter istud crimen adoptatum, frater, inquit, ales noluit, inuenisti quod possum defendere, postulam liberos tollere, & primū oculis, narrem aum illorum fame perisse, nō fesselli & qualis essem sciuisti cum adoptares, bis abdicatus sum. Volo utrumq; causam meā agere, neutrum pro me uolo, adsit mihi alius, semp causa mea habebit aduocatum patruum aut patrem, alter alterum amet, uterque me amabit. Vis illum ueras poenas dare, sentiat quam iniuriam fecerit bono fratri. POMPEI SYLONIS De patre benefis, cō quod cum p. atatem nosse non possum, sed habet & ille beneficium meū, duos eius filios alui, surge infelix senex, quid putatis illum flere? quod egē? in quo abdicauit, quod aluit. ARGENTARIUS Vides enim, liberalis in domo tua esse coepi, ille propter me duxit uxorem cum fortasse iuuenem adoptare posset. Hac abdicantis fuere uerba, Iad illum quem magis amas & patrem, non omnibus imperes, parentum est, nihil interim noui facio, scis me & priori patre nō paruisse. Venit immisla barba capilloq; deformati, non senectute, sed fame membris trementibus, semerfa & tenui arti, elita ieiunio uoce ut uix exaudiri posset, introsum conditos oculos uix alleuans, alui, quomodo quaritis? quomodo istum. CORNELII HISPANII Putas me hodie non abdicari sed adoptari. Volo quadam futura prædicere patri, hic quem uis adoptari, inimicus patris tuiniueto patre aluit, reliquit aequo animo uestrā domum, ut cum mendico uiueret. Noueris oportet hoc eius uitium, ad prestandum calamitosis misericordiam cōtumax est. Nec tamen habeo quod de hoc timonito queri possum, hoc enim patrem, hoc patruum perdidit, quam multi patres adoptent talem filium, bis abdico, homo est, non uis alium hominem, cuius est, nō uis alium ciuem, amicus est, non uis alium amicum, propinquus est non uis alium propinquum, sic peruenitur ad patres, homo est, cuius est, amicus est, propinquus est, conditione ergo nō erit uitium porrexisse stipem, nisi dixerit pater est. VII CALBI Circuibo tecum pater aliena limina, ostendam omnibus & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. ROMANII HISPONIS. Scio pater melius esse quod tu dicas, istud ego si possem, nunquam abdicatus essem, fateor uitium meum, hoc quoque prior in me emendare uoluit pater, nec potuit, impulsisti me in fraudem, qui me abdicat, aiebat non oportebat fieri, tu dicebas oportet, tibi credidi, non dedit, inquit, mihi alimenta, defuerunt tibi, quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam miserenstr monstrat ad patrem, id est ad filium, iam quidam nobis eandem for-

tunam

Alt. locutio

tunam precantur. Credet mihi satra populi digna est. ALBVTTI SILLI Tollite ueltras diuinitas quas huc atque illuc incerta fortuna fluctus appellebit, redite in gratiam, innocens sit. PARS ALTERA, VALLI SYRIACI Crescere ex mea propositū inuidia sequamur senes, quo uocat ambitio iuuenilis, & conditionem illi praebebit, melius se potest iactare quam defendere. Atqui iustus metus meus tu es, ne haec redem ingratum scribam, inimicum relinquam. Inter cetera quae mihi cum inimico patiar esse omnia, & hoc est infelissimum, amabo, & tristissimam egimus uitam, excepto uno quod alter alterum egentem uidimus, proiecimus, ad iace istis uerborum contumelias, iussit, ad celum manus susluit, faslus se huius spectaculi debitorum, & tunc primum fratri uitam precatus sum, letitiam patrimonii parati, ut extant calamitatum stupores, nullam pepercisti, nisi quod isti daturus eram omnia, illi negaturus, liquet nobis deos esse, qui non aliuit, eget, qui in domū suam fratre non ceperit, in publico manet. Aequauit iam potentia meam cum illius potentia fortuna, nisi quod hoc prior facere non possum, adoptauit, cum abdicatus es, cum abdicas, abdico. VIBII FVRII Cum egarem, aiebam satis te inuidicauit, quod a disp̄atore locupletis inimici, consors modo omnis fortuna, diuīnū petam. MARILLI Ille autem audebat rogare, qui mori maller quam uerba sua sibi dīci, multis debeo misericordia, a multis tuli, quisquis es, qui me ulla calamitate similem effingit, perinde habebo ac si gradu cognitionis attingat. Scio quā acerbū sit supplicare exteris, scio quā graue sit repelliri a domesticis, scio quā graue sit & quotidie mortem optare & uitam rogare, & si tu non odisti eum qui mihi fecit iniuriam, ego qui fecit tibi. DIVISIO Controversiarū antiqua simplex fuit, recens utrum subtlerat tantum operosior ipsi astimabit, ego exponam quae aut ueteres inuenierūt, aut sequentes astrinxerunt. LATRO Alias quæstiones fecit, diuisit in ius & aquitatem, an abdicari possit an debat abdicari, sic querit, an necesse fuerit illum patrē alere, & ob id abdicari nō possit, quod fecit lege cogente. Hos in has quæstiones diuisit, an abdicatus non definit reus esse, an is definit qui nō tantū abdicatus, sed etiam ab aucto adoptatus est, etiā si reus erat, an quisquis patrem nō alit puniatur, tanq; eger, uictus, captus, an iniquam filii lex excusatione accepit, at hoc accipe potuerit, an abdicari debet, Per hoc quæsiuit, an etiā si ille indignus fuit qui aleretur, hoc tamen recte fecit qui aluit, deinde an indignus fuit qui aleretur. Noui declamatores graciis auctoribus adiecerunt primā illam quæstionē, an abdicatus abdicari possit, hac Caestius usus est, adiicit quæstionem Gallio alterā, an si abdicari possit etiā adoptatus ob id uitium, quod ante quā adoptaretur nouum fuit adoptati, hoc autem ex aquitatis parte pendet, & tractatio magis est quā quæstio. GALLO quæstionē primam Latronis duplicitus scit, licuit mihi alere etiam te uetante, deinde non licuit nō alere. In priori parte hoc inuidicauit, nō posse filii ob id abdicari quod esset sua potestatis, nulla autē interdicti misericordia. Quid si flere me uetes etiā uidi hominem calamitolum? quid si uetes propter aliquod honestum factum periclitanti fauere, affectus nostrī in nostra potestate sunt, quadam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt, quamvis filius familiā sit, licet & mihi stipem porrigerem mendico & humum cadaueri. Iniquum est collapsis manu non porrigit, cōmune hoc ius generis humani est, nemo inuidosum ius postulat, quod alteri profuturum est. LATRO Illud uehementer preslit, non feci ratione, affectu uictus sum, cum uidi esse patrē egenit, mens non constitat, mihi quid ueteris nescio, hoc aiebat non esse tractandum tanquam quæstionem esse, tamen potenter quam ullam quæstionem. FVSCVS ARELIUS Pater hoc mouit in ultimo tanquam quæstionem, putauit te quais uetares nichilomin' uelle alii a fratre meo uultu uetabas, aut mihi ita uidebaris. CAESTIVS Audacius, non fuit contentus dicere, putauit uelle te, adiecit uoluisse & hodie quoq; uis, & sua figura dixit omnia, ppter que uelle deberet, quare ergo abdicas, puto inuidarū p̄teritū tibi officium. LATRO colorem simplicem pro adulcentē habere, non quo excusat sed glorietur, non potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum, offensas mihi putas tantum excidisse, mens excidit, non animus mihi constitit, nō ministeriū sustinendi corporis sufficerunt pedes, oculi subita caligine obtorpuerūt, alioquin ego si tunc metis fuisse, expectassem dū rogarer. FVSCVS istum colorē introduxit quo frequenter uti

Iniquū est la
plo manū nō
porrigere.

*

ter uti solebat religionis, mouet, inquit, me natura, mouet pietas, mouet & humanorum causa, & tam manifesto approbata exemplo veritas, stare ante oculos fortuna uidebat & dicere talia. Hi sunt qui suos non alunt. ALBVTIVS hoc colore, accessit inquit ad me pater, nec summissis uerbis locutus est, nō rogauit, sed quomodo agendum esset cum filio, alore me iussit, recitauit legem, quam ego semper scriptam etiam patruo putau, & deinde dixit, praefti nō quantum patri praeferre debui, sed quantum uerantur surripere potui. BLANDVS Colore diuerlo. Venit subito deformis lqualore, lachrymis. O gravis fortuna uires tua, ille diues modo superibus rogauit alimenta, rogauit filium suū, rogauit abdicatum suum, interrogas quādū rogauerit, ne dīj istud nefas patientur, ut diu rogauerit, diutius tamen quoniam tulī, queritis quid fecerit, quod solebat. SYLO POMI PEIVS Hoc colore. Mouet inquit me, quod nihil suo iure, nihil p̄ potestate quod tanquam patruo accessit, ego uero non expauit uerba, non preces complexus sum, sed oscui latus sum patrem, dedi alimenta, hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratre dedit, non atere sed exprobare uisus sum. TRIARIUS Hoc colore. Timui, inquit, si non aliissem ut abdicarer a patre, sciebam quomodo illi placuisse. ARGENTARIVS Hoc colore. Accessit, inquit, ad me pater obrutus, sordidus, tremens deficientibus membris, rogauit alimenta, interrogauit uos iudices, hoc quidem si facere oporteat, nam istum non interrogo. Scit quid facturus sim. Nam patrem ut alteri patri faciā iniuriā, alteri iniuidiam cū uetusset me alimenta praeferre, si qua est fides, non putau illum ex animo uactare, le nocinatur inquam gloria mea, ne uidear etiam prohibitus aliusse. MARYLLIVS Non uo colore egit. Cecidit in pedes meos senex, squalidus barba capilloq, mouit inquā ne scio quis te misericordia mea, alleuaui cum ignorarem quis esset, uultis repellam, quod pater est. CAESTIVS Hoc colore. Nec meum cogitau, patrem meū egentem uideo frater nec miseretur, nec praefta alimenta, hoc est inquam noui uitij, eripere filio officiū. Scit hanc fortunam meorum, has iam meas esse partis, hoc speculau quod nō ultro ad patrem accessi, sed aiebam, nolo quicquā aliud praeferre, qua illi praefti. Non expectau donec patruus ad me ueniret & nunc expeftabo. Venit ad me pater, quid habui facere, perducere illum ad patruum, nō feci, merito irascitur. Potuit enim si aliusset leuare quidem fortunā fratri, sed causam aggrauare. B V TEONIS Colorem non approbabat Latro, praeftis se dixit exiguum, tantū quo spiritū posset producere, & cum de scriptisset pallorem eius ac maciem, adiecit, appetit illum ab inimicis ali, hunc colorem cum improbabet Latro hac sententia uisus est, nō est, inquit, abdicato cuīquā sui crinitus ex gloria detrahendū. HIS PANVS Hunc colorem, uenustius, nam & miseratione ei⁹ qui benignissime alitur, adfecit aliquid & pietati sua nihil detrahit. Quomodo, inquit, il lum alo⁹? Exiguos fortunā cibos mitto, & liquidū de mensa mea detraherem potui, fameli co seni porrigo. Nō credis, quia scis, quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte quæ durior est ultro aiebat, hunc sequendum ut grauislariū iniuriarum inexorabilis & ardentia induceremus odia. Tyeste more aiebat, patrem non irasci, tantum debere fure re, ipse declamatione uisus est summis clamoribus illo uersu tragicō: Cur fugis fratre seit ipse. Hunc colorem secutus. SYRIACVS Durum sensum. Videbatur non dure posuisse in narratione sic. Infelicitissimam ambo & tristissimam ambo egimus uitam, excepto quod alter alterum egentem uidimus, æque difficiliter uidebatur odium exprefſisse partem, hac sententia, uos iudices audite quā ualde eguerim, partem rogaui. Hanc partem memini apud Caſtium declamari ab Allio Flauo, ad quem audiendum me fama p̄ duxerat, qui cum prætextatus esset, tanta opinionis fuit, ut P. Romano puer eloquentia notus esset. Semper de illius ingenio Caſtius & prædicauit & timuit, aiebat tam immaturi magnū ingenium non esse uitale, sed tanto concuru hominum audiebatur, ut raro post illum auderet Caſtius dicere, ipse omnia mala faciebat ingenio suo, naturalis tamē illa uis eminebat, quæ post multos annos tam eti⁹ desidia obruta, & carminibus eneruata, uigorem tamen suum tenuit, semper autem eloquentia eius cōmendabat, aliqua res extra eloquentiam, in pueru lenocinium erat, ingenium habebat, adulta arta, in iuuenie desidia, hic cum declamaret partem abdicati, hanc summis dixit clamoribus sententia. Quis es tu qui de facto fratrum sententiam feras? Ille tunc peccauit, tu nō peccas, ad te arbitrum

Alt. i peccauit

Alli Flau eloquentia etiā pueri.

arbitrum odia nostra non mittimus, iudices habemus deos. Et illam sententiam, Audiuimus fratrum fabulosa certamina, & incredibilia, nisi nos fugiſſemus impia epulas, deteſtabilis parricidio futurum diem. Hoc uno modo iste frater a fratre ali moruit q̄ innocenter. Me contra parricidium vindica, filium illi suum reddo. CAESTIVS hunc colorē tā strictum non probauit, sed dixit temperandum esse, & ipſe hoc colore uisus est, quē statim a principio induxit. Miratur aliquis, q̄ cum duo grauiſſimam acceperimus iniuriam ego & filius, ego solus irascor, non est q̄ quisq; miretur, iam filio satiſ factum est. Debusisti, inquit, me rogar, ut ipſe præstares, debuisti illum ad me perducere, debuisti recōciliatione recitare, non famam pietatis ex nostra captare discordia, fortasse ego cū egerem, fratrem rogaſtem, si tu non fuſſes, fortasse ille me rogaſſet, si tu non fuſſes, poterat nobis conuenire, si non fuerit in medio, quem potius miseri cōtumaces rogent. Herma coras in hanc controverſiam transit a procēdīo in narratioē elegāter rarissimo quidem genere, ueni eadē re transitus effet, sententia effet, schema effet, sed ut LATRONIS placebat, schema, quod uulneret, non quod titubet. Ex altera parte transit a procēdīo in narratioē Caleo, & ipſe per sententia ſic. Quid nī filium mihi olim cum iſto cōmūne effe, cum quo utinam cōmūnem nec patrem habuim⁹. DIO CLES CHARIS TIVS illum ſen ūtum a Latinis iactatum dixit breuiſſime, rarissimo genere, quod sententia uerbiſ conſu matur, nec enim paucioribus potest. Eustemon leuiſ declamator, ſed dulcis, dixit noue & amabiliter illum æque de omnibus uexatum ſen ūtum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

Finis prima controverſia.

Inītium ſecunda.

Sacerdos caſta & caſtis, pura & puris ſit. Quadam uirgo a pyratis capta uenijt, empta a lenone, & pſtituta eſt. Veneries exorabat ſtipem, militē q̄ ad ſe uenerat, cū exorabat non poſſet, & colluctante & uim inferentem occidit, accufata & absoluta remiſſa ad ſuos eſt, petit ſacerdotium. PORTII LATRONIS. Sacerdos uerbra adhuc in lupanari uiueret, nīli hominē occidiſſet. Inter Barbaros quid paſla ſit, nescio, qd pati potuerit, ſcio. Sacerdoti ne purus quidē contigit dominus, absint ex hoc foro lenones, absint meretrices, ne quid parum ſanctūm occurrat, dum ſacerdos legitur, si nihil aliud certe osculatus eſt te, qui quis puram putabat. O egregium pudicitia ſpatrociniū, militēm occidit, & Hercules lenonē nō occidiſſet. Deducta eſt in lupanar, accepisti locū, p̄ cūm constitutū eſt, titulus inſcriptus eſt, haec tenet in te inquiri potest. Ceterū nescio qd in cellulā & obſcenū leſtūlū uocas. De pudicitia ſacerdotiſ hic querif. Nemo, inquit, mihi uirginitatē eripuit, ſed omnes quāli erepti uenerunt, ſed omnes quāli eripiſſent, reſerferunt, quo mihi ſacerdotē, cuius precaria eſt caſtitas, cū ex illo lupanari crue ta fugeres, ſi qua tibi occurrifſet, ſi mater tua, pſtituſſet, tibi noſceret, propter te liberis tuis ſacerdotiū non dare. FVLVII SPARSI. Quid incluſa feceris, nec quārere debeamus, nec ſcire poſſumus. CORNELII HISPANI. Occidiſſi hominē, quid respondet: uim afferebat mihi, etiā puto ſacerdoti. Pro libertate uota faciēda ſunt. Prostitute mādabit, p̄ militibus uota facienda ſunt, iſti mandabit. Id enim debeat, ut tēpla recipiat, quas aut carcer, aut lupanar elecit. MARILLII. Ut ſcamus illā apud lenonē fuſſe, blanda eſt, domi lenoni rationes capture conueniet. Age ſi quis uenit pertinax, age ſi q̄s hoc ipm̄ cōcupiuit qd uirgo eras, age ſi q̄s, ne negare poſſes, ferrū appulit. P. VINITII. Ea ſacerdotē facite, quæ honeſta maneat, quod ſemp fuit, aut p̄ eam ſentiat, ſi eſte deſerit. Cuius audacia eſt puella etiā ſi nos nobis nō timerem⁹, tu tibi metuere deberes. Alter deorū numini ſubiecta uniuersiſ ſciencia eſt, aliter noſtrā aſtimatiōi. Nos tantū quæ feceras, palam uidimus, illi etiā quæ ſecreta ſunt. Indignā ſacerdotio dicerē, ſi tranſiſ ſe p̄ lupanar. Procedēte hac licet ſubmoueri uidebif, huic prætor uia cedet, ſummū im perū ſciules cedet tibi. Quæcūq; meretrices p̄ ſtrata ſuit, fugiet, ſas ſacerdoti nō eſtet, an cillam tibi ſimilem habere, fieri ne ſacerdotē ſas erit. Nā quod ad ſortem pertinet, ne reliquæ uirgines contaminarentur, haec ſegregata eſt. Caſtam te putas, quia inuita meretrices eſt. Nuda in littore ſtetiſ ad fastidium emporis, omnes partes corporis & conſpecta & conſtricta ſunt. Vultis actionis exitū audire. Vendit pyrata, emiſ ſeno, excipit nihil, eo deducta eſt, ubi tu aliud honestius nihil facere potuisti q̄ mori, ſtipem rogaſſet, quia la

Cōſcientia
deo ſubie
cta eſt, quā
noſtrā aſti
matiō non
deprehēdit.

X cerdotum

cerdotum rogas. Fortuna, inquit, hoc me cogit pati, misereri debent omnes mei, & ego misereor tibi puerla, sed non facimus miserandas sacerdotias, nō est apud nos maximus honor ultimorum malorum solitum. MENTONIS. Honorem habitum aurum maius, statisq; uelim uerba, quod necesse est in hac causa nominare lupanar, lenonē, meretricios quæstus, homicidium. Quis credit? Inter hæc sacerdos queritur. At mehercules futura sacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis uerba summa noticia est, q; pro stitit, summa uirtus q; occidit, summa felicitas q; absoluta est, non potest in ea sperari sacerdos, in qua sperari meretrices potest, alijs oculis leno uitam astimat, alijs pontifex. BLANDI. Virgo sum inquit, interroga si dubitas archipyratam, interroga gladiatore, an rogatus uirginatæ pepercere. Nō refello, dum scias clausa est, testibus tuis tæpia, in actionem nemo uoluit liceri, ut enotuit, seruisse pyratis, non uidebatur iste uirginis uultus, ista cōstantia, & ne armatum quidē timens audacia. ARELLII FVSCI PATRIS. Ne metuas puerla pudica es, sed sic te uira lauda, non templo, meretrix vocata es, in cōmuni loco stetisti, superpositus est cellaræ titulus, uenientes recepisti. Catera etiam si in communii loco essem, tamen potius scirem. POMPEII SYLONIS. Excipit uerbi tricūm oculis. Docetur blanditas, & in omnem motum corporis configuratur. Auerit aures petitura sacerdotium, dum reliqua narratio, nihil ad uos aferat dubium, nil audietis, nisi quod uicina ciuitas uidit. Tu sacerdos, quid si tantum captus, quid si prostituta, quid si tantum homicida, quid si tantum rea fuisles? ROMANI HISPONIS. Nunquid hoc negas, collectatae tamen cum uiro, quem in illa uolutatione necesse est prius sup te fuisse? Adiiciebat Zeno, merito occisum militem. Plus autem q; in prostitutam licet. Exortus populum. Nunquid & lenonem: nunquid & pyratam illum, quem non poteras occidere? ARGENTARII. Armatum, inquit, occidi. Quid inermis gloriaturom homicidio eius, quem nescio an sero occiderit. CAESTII III NARRATIO. Ita domi custodiata est, ut rapi posset, ita chara fuius suis, ut rapta non redimeretur, ita rapta pepercere pyrata, ut lenoni uenderetur. Sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset. Coniectum in urnam nomen eius non existit, sed electum est, tēpus erat non sortiri, urna purgata est. Stetisti puerla in lupanari, ut te nemo uiolauerit, locus ipse uiola uit. Stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posles, ea ueste quam leno dederat. Nomen tuum peperit in fronte, Precia stupri accepisti, & manus, quæ Dñs datura erat facra, capturas tulisti, cum deprecarieris intrantis amplexus, & omnia alia impetrares, osculum rogaisti. Ancilla ex lupanaribus sacerdoti non emuntur, coram sacerdote obseceni homines abstinent. Non sine causa sacerdoti licitor appetat, occurrenti tibi meretricem submouisset. Non est credibile, temperasse a libidine pyratas, omni crudelitate efferratos, quibus omne fas nefasq; iusus est, simul terras & maria latrociniatis, quibus in aliena imperio per armam est, iam ipsa fronte crudeles, & humano sanguine asuetos, praferentes ante se uincula & catenas, grauia captis onera a stupris remouere potueristi, quibus inter tot tanto maiora scelerata, uirginem stuprare, innocentia est. Sed lupanar exceptum omnes, sordida iniuriosaq; turba huc influit, nec quisq; eo ut iudicet, uenit, aut omnes cauere fabulis suis, aut omnibus peruersum est. Nemo in tanta euentu redeuntiusq; turba inuentus est, qui fortuna tua ueller illudere. Ergo tu cum tam innocens q; dicas uixeris, ista passa es, credis deos esse. Nihil, inquit, passa sum, hoc satis est nuptuaria, sacerdoti parū. Ibi adhuc fuit, discede, ignota es, discede, nimis nota es. P. ASPRE NATIS. Contradicco non inimicitis cuiusq; impulsus. Q uod enim odium, quæ inimicitia cuiusq; esse possunt, q; nemo ciuium seruorum norat ante q; p̄stit. Monet me respectus omnium uirginum, de quibus hodie grauis fertur sententia. Si in ciuitate nulla inueniri potest neq; meretrice castior, neq; homicida purior. Pyrata te inuolatam seruauerit, a sacerdote se non abstinuerit pyrata, leno, mango, de sacerdotiis pudicitia, his spōforibus credendum est. Iacutum in pyrate myoparone. Contrectata es alicuius manu, ali cuius osculo, alicuius amplexu. An melius pyrata seruauit q; pater, conferuata est cauenit & humano sanguine delibutos, inde est profecta quod potest hominem occidere. Pro clama ingenuam esse te, quid expectas? cum in lupanar ueneris, iam tibi omnia tempora præclusa sunt, conferuarum oculis inquinatur. Inter ebriorum conuicularum iocos faciat, modo in

modo in puerlem, modo in mulierem habitum composita, istinc ne patri quidem redi inenda es. Nulla satis pudica est, de qua queritur, non legem te facere dotem, etiam si sa cerdoti seruisses. Virginem esse sacerdotem nostrā, cui credimus meretrici, lenoni, pyratis, hoc enim testium lumina est. Castigationem ex pontificis maximi arbitrio meruerat sacerdos, si te & lupanare redemissem. Conuenit omnis libidinolorum turba, & concurredit ad meretricem nouam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est, tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes, tot ebr̄ij, & omnes ante militem inermes, ego illam dico proflitis, illa se dicit etiam mendicasse, pudicitiam sacerdotis mea etiam carnicici debo. IVNI I GALLIONIS. Ambitiosa lex est, ad sacerdotium nonnullas non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittit. Inquirit in mores, in corpus, in uitam. Vide tu quem admodum tam morose legi satificias, capta es a pyratis, inter seruos, inter homicidas, in illis myoparonis angustijs spatiata es. Viderimus quid in te audere potuerit feritas hostium, libido Barbarorum, licentia dominorum, certum habeo iudices cum hanc feritatem Barbarorum audiatis, fauoris illi, ut quam primū mutet seruitutem. Sic istam seruauerunt pyrata, quemadmodum qui lenoni essent uendituri. Stare in illo ordine, ex eadem uerbi mensa, in eo loco uiuere, in quo etiam si non patiaris stuprum, videbas. Aliquis fortasse inuentus est, quem hoc ipsum irritaret, quod rogabas. Ipse autem leno pepercit, ignoramus istos quibus uel hoc in eiusmodi quaestu præcipue placet, quod illibatam uirginatatem decerpit. Seruauit te leno, quæ prostitutus erat in libidinem populi, ita est. Sic leno tanq; nos castam tam & castis omnes inquam exorabitus. Si quis dubitat, an mere trix esset, audiat q; blanda sit, haesisti in complexu, osculo, pacta es, ut felicissima fueris, p pudicitia impudice rogaisti, quid faciam mulieri in criminis sua delitescentis? Cum dico uim passa es, occidi inquit, cum dico hominem occidisti, inferebat inquit uim. Sacerdos nostra stuprum homicidio, homicidium stupro defendit. DIVISIO LATRO. In has questiones diuisi, an per legem sacerdos fieri non possit, & si lex illi non obstat, tamē sacerdotio indigna sit, an lege prohibetur, in hac duo diuisi, an casta sit, an pura sit. An casta sit in hac diuisi. Utrum castitas tantum ad uirginatatem referatur, an ad omnium turpium obscenarumq; rerum estimationem. Puta enim uirginem quidem esse te, sed cōtrectatam te oculis omnīs, etiam si citra stuprum, cum uiris tamē uoluntate non casta talis, qualis uideri potest, cui lex nocere uult. Matrem quoq; incestam esse si ad uirginatatem tantum refertur castitas, an hoc uiro sit, aiebat Apollodorus quidem placere, si fixa esset harreat & tuta. Sed hic non repugnare controversiam huic suspicioni. Non enim poterit adhuc uirgine, & multa sunt propter quæ credibile sit non esse, illud adiiciebat, deo nique etiam si non effecero, ut credant iudices non esse uirginem, consequar tamē ut non poterit dignam sacerdotio, de qua dubitari potest, an uirgo sit. An pura sit, in hac diuisi, an etiam si merito occidit hominem, pura tamē non sit homicidio coinqinata, deinde an merito occidit hominem innocentem, uti corpore prostituuto uolente, absoluta est, ostendit non puram se esse, sed tutam. An idonea sit in tractationes quas quisq; uult diuisi, an idonea sit tam infelix ut caperetur, ut ueniret lenoni potissimum, ut prostitueretur, occidere hominem cogeretur, ut causa dicretur. CABSTIVS etiam altius petit & obicit, quod tam uilis suis tuist ut non redimeretur. SYLO POMPEIVS. Dum præceptum sequimur, quo iubemur ut quoties possumus de omnibus legis uerbis cōtроверsi faciamus, illam questionem mouit, casta de castis, lex inquit de castis, cō dicit hoc nō tantum ad parentes referit, sed ad omnes quibus conuerterat est uirgo. Non enim adiicie et castis parētibus, sed et castis, uult illos a quibus uirgo uenit castos esse. Intelligo, inquit, sub hoc uerbo multa, castis cum dicit penitus, tu ex incestis uenis, intelligo castis disci plinis, tu ex obsecenis uenis, quid enim didicisti? & quæcumq; hoc loco dici poterat idem & in illa parte fecit pura e puris. HISPO ROMANVS accusatoris usus pugnacitate negauit puram esse, nō ad eam hoc referens, sed ad corpus, tractauit impuram esse, quæ osculum impuris dederit, quæ cibum cum impuris coepit. ALBVTVS figuram diuisi in controversiam. Dixit enim putemus tres sacerdotum petere, unam, quæ casta est, alteram, quæ prostituta, tertiam, quæ hominem occidit. Omibus nego, & sic cauam contra

sunt contra singulas egit. FVSCVS ARELLIVS. Probabo indignam sacerdotio, pri-
mum etiam si pudica sit, deinde quia nescimus, an pudica sit, nouissime quia non sit pudica. FVSCVS pro puella colorem hunc introduxit. Volverit Dij immortales in hac pu-
ella uires ostendere, ut appareret, & nulla uis humana dñi resisteret, magis putauerunt possi miraculo esse in captiuu libertatem, in profita pudicitiam, in accusata inno-
centiam. LATRO dixit, aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. MARILLIVS cum de-
scriptis sit indignationem puellam magnam fuisse, altius quiddam superbisq; uultu ipso
preferentem, hanc adiecit sententiam, quam solebat mirari Latro, immo ut ipse aiebat
exosculari, narrare sane omnes tanq; ad proflitatum uenisse, dum tanq; a feredote dis-
cesserint. ALBVTIVS dixit, Nescio quis fero & uiolento animo uenit, ipsi credo dñs

illum impellentibus, ut futura sacerdotis non uiolaret, castitate uideret, prædixit illi, ab-
stinerat a sacro corpore manum, non est quod audeas laedere pudicitiam, quam homies
seruant, Dij expectant cruenti, & in perniciem cruenti suam. Nec, inquit, arma quae nesci-
rent, teneret pro pudicitia, & raptum gladium in pectus pyratæ sui torst, hoc factu eius
ne lateret eis de Dij immortalibus fuit cura. Accusator eius inuenitus est, qui iudicij eius
in foro testimonium redderet. Nemo credebat occisum uirum a femina, iuuensem a pu-
ella, armatum ab inermi, maiora esse uidebantur, & ut possent credi sine deorum immor-
talium auxilio gesta. CAESTIVS timuit se in narrationem demittere, sed illam trascure-
rit, hoc dixit in lacerdotu futura maxime debere astimari, pudicitiam, innocētiam, felici-
tatem, & pudica sit moles ostendit, & innocens iudex, & felix redditus. Etiam habemus
quandam prærogationem sacerdoti ab ipso numine datam, licet isti obijciunt illi fuisse ca-
pitulam, lenoni postea seruisse, causam nouissime dixisse, inter tot pericula non seruasset
illam Dij, nisi seruata fuisset. ARGENTARIUS illud in narratione dixit. Accusator in
hoc maxime premebat ream, aiebat occisum esse intra uerba anteq; uim afterret. SYLO-
POMPEIVS hac figura narrauit. Eam uobis sacerdotem promitto, quam incestam nul-
la facere posset fortuna, potest aliquid seruitus cogere, seruit & barbaris & pyratis, ini-
ciata apud illos mansit. Potest aliquam corripiere prolapsi in uitia seculi, prava confusio-
tudo etiam matronarum, uultum in libidine, magisterium pudicitia permanebat, licet illi
lam ponatis in lupanaria, & per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit, fuit in loco
turpi, probrolo, leno illam proflitum, populus adorauit, nemo non plus ad seruandam pu-
dicitiam contulit, & quod ad uiolandam attulerat. Multum potest ad rectum quoq; pu-
dicii animi propositum, hostis gladio non succumbet, immo, si opus fuerit, pudicitia uin-
dicabit. Incredibilem uideor in puella rem promittere, iam præstiti adolescentem miseri-
coridis populi beneficium, polluere tentanteum gladio repulit. Fuit qui illam accuareret
cassis, absoluta est, ut qua uobis potest esse dubitatio, qua uentura erat ad sacerdotium,
an pura esset, an integra, iam iudicatum est. TRIARIUS dixit, Negabat se puella, nega-
bat fecisse. Illi suis manibus cecidisse, altior inquit humana uisa est circa me species emi-
nere, & puellæ lacertos supra uirile robur attollere, quicunque estis Dij immortales, qui
pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo uoluistiis emergere, non ingrata puellæ o-
pem tulisti. Vobis pudicitiam dedicat, quibus debet. Alterius partis color nihil habet
difficultatis, appetit quas præposuit, dicendum est in puellam uehementer non fordi-
de, nec obsecne. Sordide Balilius, qui dixit, Extra portam istam uirginem, & ostede ista
eruginosa manu. VIBIVS R VFVVS, qui dixit, Redoles adhuc fuligine forniciis.
Obsecne, quemadmodum Murrheus rhetor qui dixit, Vnde scimus, an non ueinenti-
bus pro uirginitate te alio libidinis genere dedixeris? Hoc genus sensus memini quædā
prætorium dicere, cum declamaret controuersiam de illa qua egit cu uiro malæ tracta-
tionis, quod uirgo esset, & damnata postea petiti sacerdotium. Nolumus, inquit, istam
maritorum abstinentiam, qui etiam si primam uirginibus timidis remitteret noitem, uis-
cibus tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed
uenustissimus, qui nullius unq; impunitam stulticiam transire passus est, statim Ouidia-
num illum. Dum timet alterius uulnus inepta loci, & ille excidit, nec ultra dixit. Hoc au-
tem uitium aiebat Scaurus a Græcis declamatoribus tractum, qui nihil & non permis-
sint sibi

Scauⁿ nul-
lam stultici-
am impuni-
ram trahere
passus est.

rint sibi, & penetraverint. HYBERAS inquit, cum diceret controuersiam de illo, q; Tri-
badas deprehenderit & occiderit, describere coepit mariti affectum, in quo non deberet
exigiri honesta inquisitio.

GRANDAVS ASIANVS æque declamator cum diceret in eadē controuersia, Non
ideo occidi adulteros, non paterentur, dixit ei,

in hac controuersia de sacerdote non minus obsecne dixit Murrheus. Fortasse dum
repellit libidinem, manibus exceptit. Longe recedum ab omni obsecnitate & uerbo,
rum & sensu, quædam satius est causa detrimento tacere & uerecundia. VIBIVS R VF
FVS uidebatur quotidianis uerbis uisus non male dixisse. Ista sacerdos quantu mihi abs-
tulit.

Controuersia secunda finis.

CONTROVERSIA TERTIA.

I Ncesta saxe deijsciatur, incesta damnata anteq; deijsceret de saxe inuocauit Vestā,
dejecta repetit ad poenam. LATRONIS. Hoc expectatis, ut capite demissio uere
cuditia scipa anteq; impellere, deijsceret, id debeat, ut modestior eset in saxe, q;
in sacrario fuerat, constitut, & circumlati in frequentiam oculis, sanctissimum numen
quali parum uiolasset, inter altare copit in ipso quo uindicabat uiolare supplicio, hoc al-
terum damnata incestatum fuit, damnata est, quia incesta erat, dejecta est, quia damnata
erat, repetita est, quia incesta, & damnata & dejecta est. Dubitari nō potest, quin usq; eo
deijscienda est donec efficiatur, propter quod dejecta est. Patrocinium suum uocat per
ennem infelicitatem, quid tibi importuna mulier preceris, nisi ut ne bis dejecta pereas?

Venit ad colendum Romam imperij pignus, etiam si non stupro ac certe carnificis ma-
nu incesta. Inuocauit inquit deos, statuta in illo saxe deos nominati, & miraris, si iterum
deijsci uolunt, si nihil aliud, in loco incestarum stetiſti. CAESTII PII narratio. Quid
agam? exponam quando stuprum comiserit: cum quo? quibus concijs? Ita quia proba-
ui, damnata est, quid postea accessit, quod illam uirginem facheret, quod facuit in carce-
re, quod ducta est ad saxum, quod inde proiecta, aut se innocentem, quia perire non po-
tuit. Ita lex de sacerdotum iure, in iudicio queri uoluit, de iudicibus in supplicio, amplia-
tur a iudicibus in poenam, postulat ut cum contra poenam causa tutu non fuerit, contra cau-
sam tutu poena sit. Non putas legem cauissimam ut perires, quia cauisti, quemadmodum peri-
res, exoremus te mulier, ut iterum abfoliaris. Aut tu sacerdotium uiolasti, aut sacerdo-
tem, male de Dij existimas, si sacerdoti sua tam sero succurrunt, lata est sententia, puni-
ciatur est, damnata es. Interrogo te hoc loco mulier, respondere mihi. Sunt Dij? AREL-
LII FVSCI PATRIS. Iterum experimur, quid times propios deos? erat inq; pra/
ruptus locus, & immensa altitudinis, dicebam tibi, incestam lex mori uoluit, statu moles
abscissa in profundum, frequenter aspergat saxis, qua elidunt corpus, aut de inte-
gro grauius impellant, in horrent scopulis enscentibus latera, & immensa altitudinis tri-
fis aspectus, electus potissimum locus, ne damnata sepius deijsciat. FVLVII SPAR-
SI & a superis dejecta, ab inferis non recepta, in cuius poenam faxum exterrendum est.

IVNII BASSI. Nihil putabam amplius ad ijsi posse audacie istius, & quod in illa cru-
ce Vestam nominauerat, ab ipso enim supplicio in templum uig; reuoluta, quicquid se-
cundum deos sanctissimum est, contactu suo polluit, quam a saxe nulq; reuersti fas est, ni-
si ad faxum, quanto minus q; in templo refiluit. Huc potius uenit, ubi damnata, & illo ubi
absoluitur, ALBVTII SYLI. Si quis adhuc dubitat de dejecta, ueniat & sibi ipsi cre-
dat. Hæc impudentia uirginis est, in urbe tam beata cum tot superent uirgines, cum tot
principum filii sint, postulat, ut præteritis his potissimum ab inferis seruetis sacerdotem,

quare ego si incesta sum, uiuo, nescio, hoc unum scio, nec fieri quod non potest, nec por-
tentum esse quod potest. Absit, nefas est, ut id faxum absoluat, quod tantu damnatus ac-
cipit. ARGENTARIUS narratio. Pene iudices coepi, qualis esset rei, sed quid efficiat cu
illam incestam probauerit, nempe ut de saxe de ijscienda uideatur, iam uisa est. Non imi-
tabor istius impudentiam, ut repetendo iudicium quod factum est, improbabile uidear,

quod exigebat, probauit, quod iudicatis exequor. CORNELII HISPAANI. Deos de
asq; inuoco, quos priore iudicio nō frustra inuocauit, incesta q; tardissime pereat, inuoca-
ui inquit numina, quid inuocas mulier? Si innocens es, dñj non sunt. Videat quantum sa-

Vide num-
legedum sic
imprecr, si
cut supra fo-
lio. 453, ibi
Id enim de-
cerat.

cerdos peccauerit, que nec absoluī potuit nec mori, aut tu sacerdotū uisolaſti, aut nō ſacerdotem. Erras, ſi ſatis ad ſacerdotū putas, perire nō poſſe. ROMANI HISPONIS. Ab Tarpeia ad Vestam, cuius uitā carnifex rupit, a templo ad ſaxū, a ſaxo ad templū, hic pūdica ſacerdotis inter ſuppliciū & uota diſcurſus eſt, inter ſuperos inferosq; iactata in nouam penam reuixiſti. POMPEI SYLONIS narratio. Quod ad rerum expositiōne pertinet iudices non cōmittam ut deorum immortalium ultionem morer, bis inceſta ſaxo deiſciatur, lege damnata eſt, habetis iudicium, deiecta eſt, habetis exemplū. VIBII GALLI narratio. Breuis expositio rerum eſt, aduerſariā inceſta poftulaui, accufauit, dānauit, carnifici tradidi, permittit, iam ab ira accuſator recedam, eamus ad abſolutionem tuam, ita Dī damnata abſolueſt ſacerdotem, ſero innocentia damnata cōcupiſti, uitā deiecta. Ex altera pte SYLLII SPARSI, dānata deiecta eſt, abſoluta deſcēdit. ARELLII FVSCI PATRIS. Putares puellam demitti non cadere. CAESTII PII. Nulla habebat gratiam in templo, dixerat itaq; tantum, deos inuocabat, lex ſacerdotē non uſq; ad ſaxum deferret, niſi expectaret deorum ſententiā. CORNELII HISPANI. Deſcripsit altitudinē montis, etiā ſecure deſpicientibus, & adiecit. Carnifex quoq; recedens impellit, niſil fecit tanq; rea, contumax eſt innocentia, turpe putabat ſacerdos rogarē, niſi deos. MARILLII. Mirandum eſt, ſi oppreſſa eſt uirgo ſine gratia, cuius em̄ genibus ſubmiſit manus? quem deprecatā eſt? qua tardē rogauit, etiam deos. DIVISIO. Latro in has quæſiones diuſit, utrum lex ex inceſta tantū sit, uel quæ deieciatur, nec pereat, an etiā dāmata. Si innocens poſt damnationē appauiuit, deieci non debeat, an hac innocens ſit, an hac deorum adiutorio ſeruata ſit. CAESTIVS. Et illa ſubiuñxit hūc ultimā quæſitioni, an Dī immortales humanarū rerum curam agant. Et ſi agunt, an ſingulorū agant. Si ſingulorū agant, an huuius egerint. Improbat Albitū, q; haec non tanq; particulas incurrētis in quæſitionē, ſed tanq; problemata philoſophomena. FVSCVS ARELLIVS PATER ſic diuſit, Vtrum inceſta poena ſit deieci, an perire. Vtrum prouidētia deorum, an cauſu ſeruata. Si uolūtate deorum ſeruata ſit, an in hoc, quo crudelius periret. Hic color fere ſententijs quas propoſui permixtus eſt. Quid tamen Cæſtius ſenſerit, in dicabo. Contra ſacerdotes qui dixerunt, uideri deos infeſtos illi, in hoc eam ſeruante, ut diuitiū torqueretur, aiebat Cæſtius, malle ſe cau ſideri factum q; deorum uolūtate, nā ſi ſemel illos interuenire huic rei fateremur, manifeſtius erit in poenam ſeruatam, eſſe ſacerdotem q; in poena maectam, quæ non probarat ille. TRIARII. Remiſſam tibi poenā putas, ampliata eſt, & ipſa inquit ampliatio, quæ apud iudices fieri ſolet, ea quæ uerbū in ſententiā petiūtum eſt, non eſt dāmantis, ſed dubitantis. Declamauerat apud illum hāc ipsam cōtrouerſiam Varus Quintius tunc Germanici gener ut prætextatus, cum deſcripſiſſet circumſtantē, q; tam cito oculis pene ſubducere tur, dixit. Exaudierunt Dī mortales ſuppliciū uoti preces, inceſtam ne cito ſupplicium tranſcurreret, reuocauerunt. Cæſtius multum cōtumelioſe dixit in ipsam ſententiā, ſic inquit, Quomodo quadrigas reuocauerunt, nam & ante poſuit ſimilitudinē, quia & hac de carcere exierat. Cumulata dixiſſet, nouiſſime adiecit rem, quā omnes improbauimus. Si iſta neglītētia pater tuus exercitū perdiſit, filiam obiurgabat, patrī maledixit. PASTOR AIETIVS hanc controverſia apud Cæſtium iam ſenator dixit, & hunc colorē optimū putauit, ſic ueniſiū corporis induruit, ut ſaxa reuerberaret. Multum Cæſtius hanc corripiuit, & dixit, hoc eſt quare ego auditores meos iniument ad alios audiendos ire, hoc male mihi facit filie, qui aut Antidita aut Pythiūtis eſt. Dicebat aut in Albitū, qui illis diebus dixerat in hac cōtrouerſia durius faxo, & in Bassum Iuliū multa dixerat uirgo, qui de ſaxo Octonii Junii patrem memini colorē inuulfum inducere, quod minus ferendū erat, quod libros colorum edidit. Fortalſe, inquit, poenā ſe preparauit, & ex quo peccare coepit, eadē con dīcīt. SYLO POMPEIVS hūc colorē tentauit. Praefat, inq; quædā natis ſacerdotib; uerecūdia, erubuiimus q; ex dānata Vesta detrahere. HISPANVS dixit, ita putaueras una te poena poſſe defugi, cū in ſaxo deos nomias. TRIARIIVS in dignitatiū uoces deſcripsit dietū, ga nō potes, uis mori. MARILLIVS dixit, cōſtituta in ſaxo inuocauit deos, publica indignatio exorta eſt, audet iſta nominare deos, audeo hoc loco, quid autē habet iam quod illos roget niſi bonam mortem. DIOCLES CHARISTIVS dixit.

Controversia terciā finis.

Stultus Pa
storis color
ut merito a
paſtore flu
xisse videat

* Fortalſe, inquit, poenā ſe preparauit, & ex quo peccare coepit, eadē con dīcīt. SYLO POMPEIVS hūc colorē tentauit. Praefat, inq; quædā natis ſacerdotib; uerecūdia, erubuiimus q; ex dānata Vesta detrahere. HISPANVS dixit, ita putaueras una te poena poſſe defugi, cū in ſaxo deos nomias. TRIARIIVS in dignitatiū uoces deſcripsit dietū, ga nō potes, uis mori. MARILLIVS dixit, cōſtituta in ſaxo inuocauit deos, publica indignatio exorta eſt, audet iſta nominare deos, audeo hoc loco, quid autē habet iam quod illos roget niſi bonam mortem. DIOCLES CHARISTIVS dixit.

ADulterū cū adultera qui deprehenderit, dum utrūq; corpus interficiat, ſine fratre ſit. Liceat adulterū in matre & filia uindicare. Vir fortis in bello manus peditat, deprehendit adulterū cū uxore, ex qua filiū adolescentē habebat, imperavit filio ut occideret. Non occidit, adulterū effugit, abdicat filium. ARELLII. Adulteros meos tantum excitaui, me miserum qđ diu inacuerūt, poſtq; deprehenderam, ego te non abdicem, quem poſſem occidere. O acerbam mihi uirtutis mea recordatio nem. O tristem uictoria memoria, ille onustus modo hoſtilibus ſpolijs uir militaris, adulteris meis tantum maledixi, ſolus ego ex omnibus maritis nec dimiſi adulteros, nec occidi. Quid ridetis? inquā, non habeo manus, uoca filium. Tu uiri fortis filius, qui ſtringeſte ferum nō potes, ne te trunca quidē capere potui, niſi domi, utrūq; tame potui obliuſatus ſum, & trunca corpus oppofui. Exierunt adulteriū tātum meo ſanguine cruenti. CORNELII HISPANI. O dignū, cui aut pudica contingat uxor, aut impudica, dū arti matus eſt. Te respubliça inuoco, quæ manus meas poſſides, quiſ nō putet aut me ſine filio, aut filiū ſine manibus? CAESTII PII. Conceptus eſt iſte, ex quod ſciemus cū adulteros deprehendero, nunq; putauit futuram ſalua republiça, ut uiri fortis ſentire ſe manus perdiſſe. MARILLII. Adulteros meos uſq; ad limen proſecutus ſum, cucurri mifer ad ferrum quā manus haberem. TRIARII. Deciderūt arma cum manibus, tūc primū ſenſi me manus perdiſſe. DESCRIPTIO PVGNANTIS VIRI FORTIS. Dī boni & has manus aliqūs deriſit, cum a patre natuſiſtus ut occideret adulteros, uenit ut diuſſeret. Ira ego etiā manus pro adulteris perdiſi, ſteti deprehendens ab adulteris meis, patris defector, matris leno, quem puto iam credidit, non eſſe filium uiri fortis, tertius in cubiculo deriſor ſteti. FVLVI SPARSI. In bello ſuas, in domo etiā filij manus perdiſit, proceſſit in bellum hic unuſ omnū adulteriū filij uicariū, in acie uicit, domi captus eſt, portat inter ſpolia uiri fortis uoluntati adulteros, adoleſcēs uenit tempus militia tua, indignare ſe deceptus, tam fruſtra ad filium q; ad gladium cucurrit, ridebant adulteriū trunca uiri fortis manus circa ſua arma labentis. ARGENTARII. Ante patriū q; patri negauit manus, libenter cauſam eius uifcepit. Quiſ enim illum non uindicet? quid hoc infelicius? quem adulteriū tumuſerunt, cum deberent mori. Vir fortis in ciuitate trunca, integras adulteros ſpectat. IV LII BASSI. Non eſt quod putetis puniri illum, ad ſuos dimiſiſi, inquā ad matrem ſuam, nefcio an & patrem. Meruit ha reditatē illius quem occidere parricidium putauit. Nulli unq; plus debuſtis uiro forti uſq; eo p; uobiſ pugnauit, ut pro ſe nō poſſet, adoleſcēs quos dimiſiſi quare. VARII GALLI. Matre inquit nō occidiſi, qua minus hoc criminis pderet debui q; patrē, pater occidere iuſſit, lex uetat, nō comparafte patrī legē, niſi cum illa lex fuſſet, alterū putauit parricidium, matrē coram patre occidere. ARELLII FVSCI PATRIS. O misera pie tas quæ inter parentū uota conſtitisti, nō ſemper ſcelera noſtri iuris ſunt, & truces quoq; animos miſericors natura debilitat. DIVISIO. LATRO. hac uifus eſt diuifione, an liu erit filio, an uindicare oportuerit, an ſi licuit & oportuit, ignoscendū ſit illi, ſi nō potuit in dulgentiā repugnat, an liceuerit in illa diuifis, an tunc liceat adulterū filio uindicare, cum maritus nō eſt, an tunc liceat ubi maritus in eo loco eſt, quāl omnino nō eſt, an oportu erit, tracſationis quidē eſt, quam ut quisq; uult uariat. Latro tamen ſic ordinauit, oportu it etiam ſi pater non uiberet occidere adulteram, uiri fortis uxorem, oportuit ſubente patre, etiam ſi ipſe poſſet occidere, oportuit cum & uiberet & ipſe nō poſſet. Noui declaratores illam quæſitionem traſauerunt ex uero legis natam. Adulterum cum adultera, qui deprehendit, dum utrūq; corpus interficiat ſine fraude ſit. An nemo poſſit occidere niſi qui deprehenderit. Tentauerunt & illam an nō poſſit abdicari filius, ob id quod illi facere ſalua lege nō licuit. Color pro adoleſcentē unuſ ad oibus q; declamauerūt introductus eſt, nō potui occidere, ex illa Ciceronis ſententiā tractus, quā in ſimiſi controverſia dixit, cū abdicare eſt, qui adulterā matrem occidenda acceperat, & dimiſerat terrorē. LATRO deſcripsit stupe totius corporis in tanto inopinati flagitiū ſpectaculo, & dixit, Pater tibi manus defuerunt, mihi omnia, ſed cum oculorū caliginem animi defectione membrorum omniū torsionē deſcripſiſſet, adiecit, anteq; ad me redeo, exierunt. GOR